CROTON. Numus Goltzii cum adſtituta epigraphe ΑΓΕΣΣΙΩΝ. loco ΚΡΟΤΩΝ. et perperam *Ageſſo* Thraciae adſcriptus, jam reſtitutus fuit ab Eckhelio.

Numus Parutae inſcriptus mendoſe ΕΣΤΑΣ. pro ΟΙΚΙΣΤΑΣ. et quem perperam P. Torremuzza (Tb. 62. fg. 5.) *Segeſtae* Siciliae tribuit, eſt pariter *Crotonis*.

Numus Pellerinii (Rec. I. p. 158. Tb. 25. fg. 28.) cum ΚΙΘ. loco ΚΡΟ. et vrbi Boeotiae, Cithaeroni monti adſitae, eique cognomini tributus, eſt potius *Crotonis*.

Alius apud eumdem (ib. Tb. 8. fg. 21.) videtur eſſe incertae urbis Ciliciae, et non Crotonis — Quem ſub fg. 22. ejusdem Tab. ipſe Pellerinius protulit cum monogr. ꝒO. eſſe *Corcyrae* Inſulae jam conſtat.

Numus Milonis Crotoniatae inſcriptus MILO. CROTON a Magnano ex Proſp. Pariſio depromptus, et editus (Brutt. Num. Tb. 122.) et quod mirum eſt, a Lanzio (Sag. T. II. p. 606.) approbatus, eſt opus falſarii. —

HIPPONIVM, VALENTIA. Numus M. Pembrock. (P. II. Tb. 4. fg. 5.) cum epigraphe manca ... ΝΙΕΩΝ. pro *Annio* Elidis, vel ΑΝΝΙΕΩΝ, ut invenitur in Catalogis, et Lexicis numismaticis, eſt hujus *Hipponii*.

Numus Muſſelii. (Num. pop. Tb. 10.) perperam *Iconio* Lycaoniae datus, eſt *Hipponii*.

Numus ſimilis a Pellerinio *Siponto* Apuliae tributus, eſt *Hipponii*.

Numus Combii (M. Hunt. Tb. 31. fg. 2.) cum epigraphe ΕΗΠΟ. eſt potius *Veliae*.

Numus Goltzii (M. Gr. Tb. 25. fg. 7.) cum praetenſa epigraphe ΙΠΠΩΝΙΕΩΝ. et typo *Cornucopiae* et *Caducei*, conſpirat cum numis inſcriptis ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. pro *Laodicea* Phrygiae.

Numus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 9. fg. 55.) cum epigraphe VALE NTIA. pro noſtra *Valentia*, eſt *Valentiae* Hiſpaniae.

LOCRI. Numos inſcriptos ΛΟΚΡΩΝ. ΡΩΜΗ. ΠΙΣΤΙΣ. Harduinus, eumque ſecuti Spanhemius (T. I. p. 143.) et Liebius (Goth. Num p. 181.) *Locris* Ozolis tribuerunt, ſed jam conſtat, hos numos eſſe *Locrorum* Epizephyriorum.

LYCIANI. Numi inſcripti ΛΥΚΙΑΝΩΝ. ad *Lucanum* populum pertinent.

MAMERTIVM. Numi, quos aliqui huic Bruttiorum urbi tribuunt, referendi inter numos Mamertinorum Siciliae.

PANDOSIA. Numi inſcripti ΠΑΝΔΩΣΙΕΩΝ ſunt Goltziani, et ſuſpectae fidei.

PETELIA. Numus Pellerinii (Rec. I. Tb. 8.) fg. 36.) cum epigraphe ΠΕΤΗΛΙΝΩΝ. conſpirat cum numis certis *Centuripinorum* Siciliae. Similes vide apud Torremuzzam (Tb. 25. fgg. 4. et 5.) et quod certum eſt, in numo Pelleriniano Literae ΠΕΤΗ. apparent eſſe opus recentioris manus.

SCYLACEVM. Numus ΣΚΥΛΑΑΤΙΩΝ. apud ſolum Goltzium.

SIBERENE. Numi ΣΕΒΗΡ. vel ΣΙΒΕΡΗΝΗ. Proſperi Pariſii ſunt.

TEMESA. Numi ΤΕΜΕΣΕΩΝ. pariter Proſperi Pariſii ſunt.

ZEPHYRIVM. Numus ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ Goltzianus eſt.

SICILIA

SICILIA.

Numi argentei max. mod. inscripti ΣΙΚΕΛΙΩΤΑΝ sunt dubiae fidei.

ABACAENVM. Numus Parutae (Sicil. 121. 1.) inscriptus hinc ΑΒΑΚ. inde mendose ΑΙΝΟΝΤ. pro ΑΙΝΟΝ. est hujus *Abacaeni.* Havercampus p. 735. legendum putavit ΣΕΛΙΝΟΝΤ. et notari concordiam *Abacaenum* inter et *Selinuntem*; quem errorem recoxit Lanzius (Sag. T. I. p. 111.)

Similis apud Pellerinium (Lettres Tb. 4. fg. 1.) inscriptus hinc ΑΒΑΚ. inde ΑΙΝΟΙ. pro *Aeno* Thraciae, est pariter *Abacaeni.*

ABOLLA. Numus unicus inscriptus ΑΒΟ. est dubiae lectionis, et sedis. Is numus conspirat cum alio *Corcyrae* Insulae ab Eckhelio prodito (Num. Vet. Tb. 7. fg. 13.) in cujus adversa ΚΟΡ. *Bos dimidius*, in)(ΣΩ. Botrus. In aduersa numi Parutae sola Litera O, exesis Κ Ρ. remansit. pro ΚΟΡ. et in aversa elementum ϭ deformatum stat pro Σ. sic epigraphe ΑΒΟ. loco Ω. Typus *Bovis dimidii*, et non *Tauri stantis*, et typus *Botri* est in utroque numo per se simillimo.

ACRAE. Numus, in quo Haymius (Th. Br. II. p. 102.) vidit ΑΚΑΙΩΝ. loco ΑϘΑΙΩΝ. et *Achaeis* Syriae tributus, pertinet ad has *Acras.* Errorem Haymii primus notavit Pellerinius. (Rec. III. p. 98.)

ADRANVS. Alii numi certi cum epigraphe ΑΔΡ. vel ΑΔΡΑΝΙΤΑΝ et cum typis *Bovis Cornupetae*, vel *Aquilae* proditi fuerunt a Torremuzza (Auct. I. Tb. 1. fg. 1. et 2.) quorum nulla mentio apud Eckhelium: sed quos edidere Goltzius, et Paruta inscriptos ΑΔΡΑΝΙΩΝ typo *Aquilae*, et *Paguri*, sunt *Agrigentinorum.*

Numi, in quorum antica legitur ΑΔΡΑΝΟΥ. sunt *Mamertinorum* Siciliae.

Numi gravis aeris inscripti ΗΑΤ. sunt *Hadriae* Piceni.

Numus Lucillae a Patino editus (Imp. p. 207. m.) cum ΑΔΡΑΝΝΩΝ. ΤΥΧΗ. loco ΑΔΡΑΗΝΩΝ. ΤΥΧΗ. est *Adraae* Arabiae.

AETNAEI. Numus apud Arigonium cum ΑΤΙΝΑΙΩΝ. pro *Atina* Latii, est potius Aetnaeorum, in quorum similibus legitur ΑΙΤΝΑΙΩΝ.

Numus, quem Torremuzza (Tb. 3. fg. 7.) produxit ex Gessnero (Tb. 7. fg. 3.) cum epigraphe ΑΙΤΝΑΙΩΝ. est nobis dubius, et verisimiliter est numus male lectus pro *Apamea* Syriae.

AGRIGENTVM. Numus Goltzii inscriptus ΑΚΡ. vel ΑΚΡΑ et a Paruta (Tb. 79. fg. 15.) *Agrigentum* amandatus, *Arcadum* est. — Idem numis *Agrigentinorum* a Torremuzza (Tb. 4. fg. 8.) illatus fuit, sed perperam.

Numi anepigraphi, quos Torremuzza (Tb. 8. fgg. 5. et 6.) produxit ex Paruta, sunt potius *Bruttiorum.*

Numus M. Pembrock. (P. II. Tb. 27. fg. 4.) in quo tantum legitur distincte hinc F. S. .. R. P. inde SALASI. ... videtur esse *Agrigenti* nomine Coloniae. *Confer epigraphen sanam in numis a Torremuzza editis* (*Tb.* 8. *fgg.* 9. 10. *et* 11.)

AGYRIVM. Numus anepigraphus a Gessn. (Tb. 1. fg. 15.) proditus ex Musellio (Num. pop. Suppl. Tb. 1. N. 3.) cum typo capitis *Palladis*, et capitis *Acheloi*, est *Oeniadum* Acarnaniae.

ALAESA. Numi inscripti ΑΛΑΙΣΑΣ. sine ΑΡΧ. stant pro alia urbe ejusdem nominis.

Numi argentei inscripti ΑΛΛΙΒΑΝΩΝ. et quos aliqui *Allifis* Samnii, vel *Alabo* Siciliae tribuerunt, incertae classis sunt.

Numus Parutae (Tb. 112.) cum ΑΛ. et typo *Pegasi*, est *Alyziae* Acarnaniae — Alter aeneus, in cujus una parte caput *Jani*, in)(Æ. *intra lauream*, est *Panormi* Siciliae.

Numus

Numus Havercampi (Differt. de vet. Lit. Graec. fcriptura Tb. 1. N. 41.) cum ΙΑΛΑΣΟΥΣ pro *Ialyfo* Rhodi, eft hujus *Alaefae*, cujus vera epigraphe ftat pro ΑΛΑΙΣΑΣ. ΑΡΧ.

APOLLONIA. Numi infcripti ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. funt *Apolloniae* Illyrici.

Alii infcripti tantum ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ. et quos Combius (M. Hunt. Tb. 6. fgg. 9. 10. et 11.) huic Apolloniae dedit, funt potius Tauromenii.

ATABYRIVM. Numus Parutae cum folo monogrammate AT. pro *Atabyrio*, eft dubiae claffis, nifi fit Tauromenii — Simillimus M. Hunt. Tb. 8. fg. 2. a Combio, veteri Parutae fententiae adhaerente, *Atabyrio* adjudicatus fuit.

Alius ejusdem Mufei fub fg. 1. Tb. 8. exhibitus, ab Eckhelio *Atragi* Theffaliae attribuitur. Confer. Num. Vet. p. 85.

Alius (ib. fub fg. 3.) cum typo *Aftri*, in)(A. tantum, *Afteriam* infulam Eckhelius refpicit. Sed ifta merx eft Sicula, ut Siculus eft numus fub fg. 4. ejusdem M. Hunt. prolatus, et quem effe Tauromenii putamus.

Ille, quem auctor M. Pembrock. (P. II. Tb. 6. fg. 2.) attribuit huic urbi cum monogrammate fere fimili, eft *Capuae* Campaniae. Neumannus *Panticapaeum* refpicit, fed perperam.

ATALA, ATALINVM. Numus apud Arigonium (I. 37. 36.) cum ΑΤΑΛΙΝΩΝ. et typo *Tripodis*, eft ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ.

AVGVSTA. Numus Spanhemii (T. I. p. 240.) cum ΑΓΟΥΣΤΑΝΩΝ. loco ΑΥΓΟΥΣΤΑΝΩΝ. eft *Auguftae* Ciliciae.

CALACTE. Reftituendus huic urbi numus Pellerinii, in quo ipfe vidit ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ. pro ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ.

Numos cum capite *Palladis*, et *Noctua*, quod haec fymbola funt Coloniae Athenienfis, potius ad *Calen Acten* Euboeae referendos perperam cenfet Corfinus (Faft. Att. T. II. p. 232.)

CAMARINA. Numi incerti M. Hunt. (Tb. 66. fgg. 19. 20. 21. et 22.) pertinent ad hanc urbem.

Aeneus anepigraphus apud Eckhelium (Num. Vet. Tb. 1. fg. 12.) et alii fimiles M. Hunt. p. 238. n. 4. et 5. fub *Populonia* Etruriae vulgati, funt *Camarinae.*

Numus, quem Torremuzza (Tb. 19. fg. 1.) ex Paruta produxit cum epigraphe ΚΑΜΑΡΙΝΑΙ. loco ΤΥΝΔΑΡΙΤΑΝ. eft *Tyndaridis* Siciliae.

Numi argentei anepigraphi cum typo *Cygni*, et *quadrato* incufo, addita Litera H. in nonnullis, ad hanc urbem non fpectant. Merx eft Macedonica, et non Sicula.

CATANA. Numus apud Torremuzzam (Tb. 22. fg. 2.) infcriptus ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ. loco ΚΑΙΛΙΝΩΝ, eft *Caelii* Apuliae.

CENTVRIPAE. Numus apud Combium (M. H. Tb. 16. fg. 16.) cum typo *Aratri*, et cum fola litera H. poteft effe dubiae claffis, nifi fit potius *Hennae.*

Huc referendum cenfemus numum infcriptum ΠΕΤΗΛΙΝΩΝ. quem Pellerinius vulgavit (Rec. I. Tb. 8. fg. 36.) cum typo *Clavae*, et quem effe male lectum loco ΚΕΝΤΟΡΙΠΙΝΩΝ, jam vidimus.

CEPHALOEDIVM. Numi argentei infcripti ΚΕΦΑ. vel ΠΑ. ΚΕΦΑΛΟ funt *Cephallenes*, vel *Pallenfium* Cephallenes Infulae.

Numus argenteus fub *Heraclea* Siciliae a Torremuzza (Auct. II. Tb. 2. fg. 2.) cum vitiata epigraphe in parte adverfae ΑΛΟΙΑΙΟ. loco ΚΕΦΑΛΟΙΔΙΩΝ. eft numus Concordiae *Cephaloedium* inter et *Heracleam.* — Ad quam concordiam pertinere poteft numus incertus M. Caef. ab Eckhelio editus (Num. Vet. T. 16. fg. 8.) cum epi-

epigraphe mutila, et dubia ΠΕΡΙΠΟΛΩΝ. ... ΙΤΡΝΑΤΑΝ. loco ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ ΚΕΦΑΛΟΙΔΙΩΝ.

DREPANVM. Numi ΔΡΕΠΑΝΩΝ Goltziani ſunt. Quos alios cum Literis Celtibericis ad *Drepanum* retulere Paruta, et Havercampus, hi non Siculi, ſed Hiſpanici ſunt numi.

EMPORIAE. Numi inſcripti ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ. ſunt *Emporiarum* Hiſpaniae Tarraconenſis.

ERBESSVS. Numus argenteus M. Pembr. (P. II. Tb. 9. fg. 11.) huic urbi tributus cum ΕΡ. in monogrammate, eſt *Ereſi* Lesbi.

ERYX. Huic urbi reſtituendus numus anepigraphus a Combio inter incertos vulgatus (M. Hunt. Tb. 67. fg. 5.)

Ex hac claſſe rejiciendus numus editus a Froelichio (Animadv. ad Num. Vrb. Tb. 2. fg. 10.) cum epigraphe ΛΕΠΙ. ΕΡΥΚ. *Lepidus Erycinorum*, ſed quem eſſe *Lacedaemoniorum* cum ΛΑ. ΕΠΙ. ΕΥΡΥκλεος ipſe auctor ſtatim vidit.

Perperam cenſuerunt Spanhemius, et Liebius numos *Erythrarum* Ioniae inſcriptos ΕΡΥ. eſſe hujus *Erycis*.

GELAS. Numi aenei Goltziani cum fictitia epigraphe ΠΥΛΙΩΝ. loco ΓΕΛΩΙΩΝ. vel ΓΕΛΑΣ. et perperam *Pylo* Elidis tributi, ſunt *Geloorum*.

HERACLEA. Numi huic urbi a Torremuzza, aliisque adſcripti, Heracleae Lucaniae ſunt — Certi ſunt numi concordiae inter noſtram *Heracleam*, et *Cephaloedium*, quorum unum vulgavit Seſtinius (Lettere T. V. Tb. 2. fg. 19.) corrigens alium ſimilem a Torremuzza editum ſub *Heraclea* (Auct. II. Tb. 2. fg. 2.) cum epigraphe extrita ΑΛΟΙΑΙΟ.

HIMERA. THERMAE. Numus Goltzii (Inſ. Tb. 19. fg. 9.) inſcriptus CALENO. eſt numus anepigraphus *Himerae*.

Alius apud Combium ſub Panormo Siciliae (M. Hunt. Tb. 41. fg. 2.) cum epigraphe ΠΑΝΟΡΜΟΣ. loco ΙΜΕΡΑΙΟΝ. eſt hujus *Himerae*.

Numus argenteus anepigraphus cum typo *Galli*, Dardano Troadis a Pellerinio datus (Rec. III. Tb. 115. fg. 12.) et a Neumanno *Caryſtum* Euboeae revocatus, ab Eckhelio *Thermitanis* reſtitutus fuit, exemplo alterius numi inſcripti Θ. (Syll. I. p. 22.)

Numus apud Torremuzzam (Tb. 37. fg. 3.) ex Pell. Rec. III. Tb. 109. fg. 32.) et alius ſimilis apud Combium Tb. 30. fg. 25.) cum IME. loco MET. eſt uterque *Metaponti* Lucaniae.

Numus dubius apud Parutam (Sic. edit. Havercamp. Tb. 93. fg. 18.) ex quo Geſsn. Tb. 26. fg. 16. p. 266.) cum epigraphe ΠΟΝΙΕΩΝ. vel ΙΟΝΙΕΩΝ. vel tantum ΕΩΝ. pro *Himera*, eſt *Hipponii* Lucaniae.

Alius argenteus apud Parutam l. c. fg. 19. cum epigraphe male lecta ΙΕΡΑΠΙΤΥΣ. ΙΜΕΡΑΙΟΣ. eſt numus notus *Hierapythnae* Cretae.

HYBLA MAGNA. Numus, in quo Dorvillius legebat ΥΒΛΑΣ. ΜΕΓΑΡΑΣ. pro *Hybla parva*, ſerius dicta *Megara*, eſt unus ex ſolitis inſcriptis ΥΒΛΑΣ. ΜΕΓΑΛΑΣ. id eſt noſtrae *Hyblae Magnae*.

HYCCARA. Numus Parutae (Sic. Tb. 122. fg. 7.) inſcriptus ΙΚΑΡ. pro HYCCARA. eſt potius *Segeſtae* Siciliae.

IAETA. Numus apud Arigonium (I. Tb. 61. fg. 4.) ex quo Geſsn. Pop. Num. p. 264.) inſcriptus hinc ΘΕΑ. ΡΩΜΗ. inde ΙΑΙ. ... loco ΙΛΙΕΩΝ. eſt *Ilii* Troadis.

IMACARA. Numus apud Parutam (Sic Tb. 134. fg. 2.) ex quo Geſsn. Num. Pop. Tb. 26. fg. 24. p. 267.) cum dubia epigraphe ΙΜΑΚΑ. ... eſt *Syracuſarum*. Similem

milem vide apud Combium (M. Hunt. Tb. 54. fg. 19.)

IPPANA. Alius apud eumdem Parutam cum ΙΠΑ. ab Havercampo (Tb. 134. fg. 3.) huic oppido datus, est *Arpanorum.*

IPPARIS. Alius apud eumdem cum ΙΠΠΑΡ. jam restitutus fuit ab Havercampo p. 826. qui censuit legendum ΑΡΠΑΝΩΝ. Perperam Torremuzza hunc numum ad *Hipparinum* Syracusarum tyrannum retulit.

LEONTINI. Numi argentei III. formae cum typo *Leonis dimidii respicientis,* in ♓ *Area in 4. partes secta, in quarum una semper globulus, in alia variae Literae, in aliis sigilla varia &c.* a Goltzio, ejusque sequacibus, nec non a Principe T. M. qui similes plures sistit Tabula XL. pro *Leontinorum* moneta habiti, a Sestino, ut merx Thracica, *Cardiae* adjudicati fuerunt. *Confer. Descrip. Num. Vet. pag.* 78. Ejusdem classis sunt alii duo a Combio editi (M. H. Tb. 32. fgg. 17. et 18.)

Pro dubia classe habetur numus inscriptus ΓΟΡΓΙΑΣ. ΛΕΟ. ab Haymio editus. (Th. Br. II. p. 73.)

Imperatorium cum capite Caracallae et vitiatis Literis deformem huc vocavit Mazzolenus (M. Pisan. p. 106. Tb. 38. fg. 1.) sed imperite. — Aliud diceret numus, si integer esset: sed typus ejusdem stat pro *Halicarnasso* Cariae, in Concordia cum altera urbe, cujus nomen difficile est elicere.

LONGONE. Numus Pellerinii (Rec. III. Tb. 110. fg. 48.) inscriptus ΛΟΓ. incertae classis est.

MAZARA. Aeneus inscriptus ΜΑΣ. apud eumdem Pellerinium (ib. fg. 49.) est *Massiliae.*

Alii bini argentei inscripti Punice, quos idem Pellerinius proponit (IV. Suppl. Tb. 3. fgg. 14. et 15.) sunt dubiae interpretationis, et classis.

Numi inscripti ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ, quos Paruta huic urbi tribuendos conjecit, sunt *Emporiarum* Hispaniae.

MEGARA. Numi inscripti ΜΕΓ. vel ΜΕΓΑ. cum typo *Navis*, sunt *Megarae* Atticae.

Alius inscriptus ΥΒΛΑΣ. ΜΕΓΑΡΑΣ. loco ΜΕΓΑΛΑΣ. est *Hyblae* Magnae.

Numus apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 110. fg. 51.) cum ΜΕ. tantum in area aversae sine ullo typo, est potius *Messeniae* Peloponnesi.

Alius sub fg. 52. ib. cum ΜΕΓ. pro ΜΑΣ. est *Massiliae.*

MESSANA. Numus apud Torremuzzam (Tb. 50. fg. 10.) cum epigraphe corrupta ΜΑΜΕΡ. est *Apameae* Phrygiae.

Rejiciendi Imperatorii numi cum capite Augusti, quos produxit ex Paruta, et Goltzio Princeps T. M. (Tb. 50. fgg. 14. et 15.

ORRA. Numi apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 111. fgg. 55. et 56.) sunt *Orrae* Locrorum.

Alius sub fig. 57. cum epigraphe ΟΡΡΕ. apud Eckhelium est ΟΡΡΙ. pro *Horreo* Epiri. Sed sunt Orii populus Cretae juxta Polybium Lib. IV. Cap. LIII.

NAXVS. Numi argentei *Naxo* Insulae tributi a Goltzio, Begero, Pellerinio, et Combio, *Naxi* Siciliae sunt.

Aenei a Combio *Naxo* Siciliae adscripti, *Naxi* Insulae sunt.

Numus apud Parutam (Sic. Tb. 115. fg. 4.) cum NAS. intra lauream, est *Panormi.*

NISA. Numi inscripti ΝΙΣΑΙΩΝ, quorum unum similem vulgavit Goltzius sub *Nisa* Megarides, conspirant cum numis *Thessalonicae* Macedoniae. Goltzii fides suspecta, et numus Torremuzzae ejusdem farinae.

PANORMVS.

PANORMVS. I. *Numi Punici*, sive literati sive illiterati ex auro, argento, et aere, quos turba Antiquariorum *Carthagini* Africae adscripsit, in Insula Sicilia signati sunt, Poenorum imperio, et Panormitani dicuntur, quia probabile est apud Panormum eos signatos, quod ea urbium, quae Carthaginensium in Sicilia ditionis fuerant, facile princeps exstitit, teste Polybio (Hist. L. I. Cap. 38.).

II. *Numi Graeci.* Numus argenteus apud Combium (M. Hunt. Tb. 41. fg. 2.) inscriptus ΠΑΝΟΡΜΟΣ. loco ΙΜΕΡΑΙΟΝ. est *Himerae* Siciliae. Eumdem numum recitat Princeps T. M. (Auct. I. Tb. 6. fg. 2.)

Numi apud Motraye (Voyages. T. I. Tb. XXVIII. fg. 9. et 10.) cum epigraphe ΠΑΝ. sunt *Panticapaei.*

Alius in M. Theup. p. 1286. cum ΠΑΝ. pro *Panormo*, est pariter *Panticapaei.* — Alius apud Begerum (Th. Br. I. p. 369.) cum ΠΑΝ. est ejusdem *Panticapaei.*

Alius apud Pellerinium (R. III. Tb. 111. fg. 59.) cum |Α|. sine alio typo in aversa, est *Pallensium* Cephalleniae. Item alius cum sola litera Π. apud Burmannum.

Numi aenei (M. Hunt. Tb. 41. fg. 4. et 5.) vel (pag. 223. Nr. 10. 11. et 12.) cum monogrammate ΠΑΡ. a Sestinio adjudicati sunt *Antipatro* Regi Macedoniae. *Confer. ejusd. Descript. Num. Vet. pag.* 137.

Alius ex eodem Museo (Tb. 40. fg. 22.) a Combio *Paeoniae* regioni tributus, est potius *Panormi.*

Numus Vaillantii (Num. Graec. p. 9.) cum capite Tiberii, et inscriptus ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. est numus Augusti.

III. *Numi Panormi Coloniae.* Dubius videtur vel suspectae fidei numus cum capite Augusti, quem produxit Paruta inscriptum hinc ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ, inde ΑΠΟΙΚΙΑ.

IV. *Numi cum mentione Magistratus.* Numus inscriptus CALP., et perperam Pellerinius (Lett. p. 194. Tb. 2. fg. 5.) *Calpen* Hispaniae respiciens, est hujus classis.

Numus Parutae cum NAS. intra lauream, pro *Naxo* Siciliae, huc pertinet. De numis aliis ejusdem argumenti confer Eckhel. D. N. V. Vol. I. P. I. p. 234.

PERGVS, PERGVSA, TEMENTIS, TEMNITIS. Terinae Bruttiorum sunt numi inscripti ΠΕ. vel ΠΕΡ. ut dicitur, vel recte ΤΕ. et perperam his Locis, vel Fontibus, vel Lacubus tributi ab Havercampo ad Parut. Sicil. (Tb. 136. fg. 1. et 2.) et ex eo Gesn. (Num. Pop. Tb. 56. fg. 4. 5. pag. 310.) Froelich (Not. Elem. p. 106. 116.) Pinkerton. (Essay on medals. II. p. 204).

PAROPVS. Numus argenteus cum epigraphe ΠΑΡ. huic oppido a Paruta, ejusque sequacibus tributus, *Parianorum* Mysiae est. Eumdem numum in incognitorum syllabum seposuit Princeps T. M. (Corr. alla Sicil. Num. p. 38.)

PLVSIA. vel PLVTIA. Numi Augusti cum epigraphe: ΠΛΟΥCΙΑC. ΥΠΑΤ. vel similiter, quos plerique viri eruditi ignobili huic Siciliae oppido largiti sunt, ad *Temnum* Aeolidis pertinent.

SEGESTA. Numi Goltzii, indeque Parutae, cum typo Triquetrae, et duorum Luctatorum, et cum praetensa epigraphe ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ. loco ΕΣΤΓΕΔΙΙΥΣ. male vocati, et nuper ab ipso etiam Principe T. M. *Segestam* amandati, *Aspendi* Pamphyliae sunt.

Idem Princeps T. M. (Tb. 62. fg. 5.) erronee huc refert numum argenteum, in quo hinc *caput Palladis*, inde *Hercules gradiens*, quem esse *Crotonis*, jam monuit Eckhelius.

Alius apud eumdem (ib. fg. 10.) cum epigraphe ΣΤΑ. est *Stabiarum* Campaniae, ex sententia Eckhelii, sed nostra, est potius *Geloorum.*

Alii numi apud Goltzium (Ins. Gr. Tb. 18. fgg. 7. 8. 9. 10.) addita epigraphe ΚΤΘΝ. vel ΚΥΘΝΙΩΝ. et *Cythno* Insulae dati, *Segestae* sunt. Ad hanc urbem pertinet numus M. Caes. p. 131. quem Eckhelius

helius timide eidem Infulae *Cythno* adfcribit. Pariter huic urbi reftituendum putamus numum argenteum et anepigraphum ad incertos relatum a Combio (M. Hunt. Tb. 67. fg. 4.)

SELINVS. Numi antiquiffimae formae, et anepigraphi cum folio *Apii*, a Froelichio (Not. Elem. p. 21.) et Pellerinio (Rec. I. Tb. 16. fg. 1. et 2.) *Peloponnefo* tributi, hujus *Selinuntis* funt.

Numus apud Parutam (Tb. 121. fg. 1.) infcriptus hinc ΑΒΑΚ. inde ΑΙΝΟΝΤ. loco ΑΙΝΟΝ. eft *Abacaeni*, ut jam diximus.

Numus apud Torremuzzam (Tb. 66. fg. 5.) cum ΣΕΛΙΝΟΝ. eft nobis dubius, pro *Segefta*.

Numi Arigonii (I. Tb. 33. fg. 34. et Tb. 12. fg. 34. infcripti CΕΛΕΙΝΟ cum typo *Canis*, et cum *duobus globulis*, funt pariter dubii, pro *Segefta*.

Numus apud Froelichium (Cim. Vind. I. Tb. 15. fg. 19.) cum ΣΕΛ. et typo *Cervi dimidii refpicientis*, apud Pellerinium eft *Seleuciae* Pamphyliae: apud Eckhelium eft potius *Selges* Pifidiae.

SOLVS. Huic urbi reftituendus numus, in quo Combius (M. Hunt. Tb. 19. fg. 8.) legit ΚΟΛΟ... pro *Colophone* Ioniae, loco CΟΛΟΝ. Eumdem numum ex Mus. Duanii vulgavit Princeps T. M. (Tb. 67. fg. 6.)

SYRACVSAE. Numus apud Torremuzzam (Tb. 78. fg. 16.) ex Paruta eft nobis dubius pro *Agrigentinorum* numo.

Alius apud eumdem (Tb. 79. fg. 31.) eft *Maffiliae*.

TALARIA. Numus ab Oderico (Num. Graec. p. 22.) editus cum epigraphe ΤΑΛΑ, eft dubiae Lectionis.

TRICALA. Triccarum Theffaliae eft numus argenteus infcriptus ΤΡΙΑΚΑΛΑ pro ΤΡΙΚΚΑΙΟΝ. quem vulgavit Paruta (Tb. 132. fg. 1.) et ex eo Harduin. (Oper. Sel. pag. 172.) Gefsn. (Num. Pop. Tb. 80. fg. 13.) p. 342.) Froelich. (Not. Elem. p. 118.)

TYNDARIS. Numus infcriptus ΚΑΜΑΡΙΝΑΙ. apud Principem T. M. (Tb. 19. fg. 1.) eft hujus urbis. In aliis fimillimis legitur luculenter ΤΥΝΔΑΡΙΤΑΝ.

TYRACINA. Numi infcripti ΤΥΡΑ. et huic oppido Siciliae incerti fitus tributi a Principe Torremuzza, funt Syracufani, a Liparenfibus repercuffi, in quorum aliis cum typo Aftri inter duos delphinos legimus ΛΙΠΑΡΑΙΟΝ.

REGES ET TYRANNI SICILIAE.

HIERO I. Numi infcripti hinc ΓΕΛΑΣ. inde ΙΕΡΩΝΟΣ, et quos produxit Princeps T. M. (Tb. 98. Nr. 11 — 15.) funt Goltziani.

DIONYSIVS I. et II. Nullam habemus certam Dionyfiorum Siculorum monetam. Illa, quam eis tribuerunt Goltzius, ejusque fequaces, et nuper Princeps T. M. eft Punica, aut adulterata a Goltzio, aut perperam adjudicata fuit. *Confer Eckhelium Doctr. Num. Vet. P. I. Vol. I. pag.* 258. *etc.*

DINOCRATES. Numus infcriptus ΔΕΙΝΟ. a Begero (Th. Br. I. p. 297.) vulgatus pro *Dinocrate*, eft *Sidetum* Pamphyliae.

HIPPARINVS. Numum, quem perperam Paruta *Hippari* Siciliae fluvio dedit, Princeps T. M. (Tb. C.) minus erudite ad hunc Syracufarum tyrannum retulit, et quem effe *Arporum*, jam diximus.

PHILISTIS. Epigraphe, quae legitur in numo aeneo argumenti Melitae vel Gauli, et qui editus fuit ex Mufeo Bodleiano a Swintono (Tranf. Phil. Vol. LX. p. 80.) eft opus falfarii.

THERO. Numus, quem huic Agrigentinorum tyranno adjudicarunt Neumannus, et ex eo Princeps T. M. cujus exemplo etiam Seftinius, eft *Agrigentinorum* tantum.

INSVLAE SICILIAE ADIACENTES.

GAVLOS. Huic Infulae numi infcripti Punice, et quos quidam Eruditi *Melitae* olim adfcripferunt,

ſcripſerunt, ab aliis reſtituti fuere, etſi controverſum adhuc, utrum huc pertineant. Quod certum eſt, numos ſimilis argumenti reperiri in ipſa Inſula Gaulo.

MELITA. Ex numero numorum ab antiquariis Melitae tributorum eximendus is, quem edidit Dorvillius (in Sic. Tb. XX. Nr. 6.) inſcriptum ΜΕΛ. pro ΜΕΓ. Eſt is *Megarorum* non Siciliae, ut cenſet Neumannus (Num. Pop. P. I. pag. 49.) ſed Atticae.

Numus argenteus ſubaeratus, quem Auctor operis, cui titulus: *Catalogue raiſonné*, huc refert, in quo *Nemeſis flexo uno genu*, in)(*quaedam clypei ſpecies*, eſt *Camarinae.*

Argenteus unicus ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. eſt Goltzianus.

CAENE. Numi inſcripti ΚΑΙΝΟΝ. vel ΚΑΙΝΩΝ. cum typo *Gryphi currentis*, et *Equi currentis*, equidem non ſunt hujus ſcopuli. Numi iſti ſunt Siculi: ſi Africani, habes *Caenopolin* Cyrenaicae. Ex quorum numero demendus is, in quo Dorvillius (Tb. XX. Nr. 8.) legit ΚΑΙΝΟΝ. pro quo legendum ΚΑΙΑΙΝΩΝ. jam obſervavit Princeps T. M. (Agg. V. p. 24.)

Pariter numus Parutae (Sic. 212. 1.) inſcriptus ΙΑΝΟ. cum typo *Bovis cornupetae*, et *Equi ſalientis*, ad *Arpos* Apuliae pertinet.

Fuere, qui noſtros numos Siculos vel Africanos, promontorio *Caenys* in Bruttiis tribuendos cenſerent.

Princeps Torremuzza, conſentiente inde Seſtinio, *Caenae* prope Agrigentum hos poſſe numos competere putavit. At a Seſtinio mutata mox opinione pro numis tantum cum typo *Aquilae ſtantis*, qui magnam Graeciam ſapiunt, *Neapolim* Campaniae reſpicit, ob conformitatem nonnullorum ſymbolorum, quae in numis inſcriptis ΡΩΜΑΙΩΝ. obſervantur.

LOPADVSA. Ejus numus ΛΟΠΑΔΟΥΣΣΑΙΩΝ. nemini hactenus praeter Goltzium conſpectus. Alius, quem edidit Princeps T. M. (Auct. I. Tb. 8. fg. 1.) cum epigraphe dubia ΛΟΠΑ. dubius quoque eſt, et forſan eſt *Liparenſium.*

LIPARA. Numi argentei, quos recitant Princeps T. M. et catalogus Hunterianus, ſunt dubii pro hac claſſe. Alius argenteus eſt Goltzianus, cujus fides ſuſpecta.

SARDINIA — CALARIS. Huic falſo adſertus a Goltzio (Inſ. Gr. Tb. 28. fg. 5. p. 292.) numus praetenſa epigraphe ΚΑΡΑΛΙΤΩΝ; ſed qui certo eſt *Cymes* Aeolidis.

CORSICA — SYNONIA. Numus, quem Geſsnerus ex M. Pfau, nunc Reg. Boruſſ. vulgavit cum inſcriptione ΣΥΝΩΝΑΙΩΝ. loco ΠΥΝΑΝΑΙΩΝ. eſt *Pydnae* Macedoniae.

CHERSONESVS TAVRICA.

CHERSONESVS. Numus M. Pembrock (P. II. Tb. 33.) inſcriptus hinc ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. inde ΧΕΡΡΟΝΗΣΣΟΥ. eſt potius *Cherroneſi* Thraciae.

Numus a Panelo, *Cherſoneſo* Cretae attributus, eſt hujus *Cherſoneſi.*

HERACLEVM. Numus inſcriptus ΗΡΑΚ. a ſolo Eckhelio huc amandatus, dubius, an ſit hujus *Heraclei.* Vidimus multos alios ſimiles ex Cariae partibus adlatos.

PANTICAPAEVM. Numus inſcriptus ΠΑΝ. pro *Panormo* Siciliae apud Begerum (Theſ. Br. I. p. 369.) eſt hujus urbis.

Numi apud Motraye (Voyages T. I. Tb. XXVIII. fgg. 9. et 10.) cum eadem epigraphe pro *Panormo* Thraciae, vel Siciliae, ſunt pariter *Panticapaei.*

Alius in Muſ. Theup. p. 1286. cum ΠΑΝ. pro *Panormo*, pertinet ad *Panticapaeum.*

Numus Pellerinii (Rec. I. Tb. 37. fg. 9.) inſcriptus ΠΑΜΦΑΗΣ. *Panticapaeo* primum adſcriptus ab eodem Pellerinio, qui

qui deinceps (Suppl. I. p. 48.) *Argos Amphilochium* respiciens, ad *Argos* Argolidis pertinet.

Perperam huc refert Neumannus (Num. Vet. P. I. p. 80.) numum M. Pembrockii (P. II. Tb. 6. fg. 2.) cum monogrammate ΠΑ. vel similiter, quem esse *Capuae*, in hujus moneta diximus.

THEODOSIA. Numum Hunterianum a Combio (Tb. 59. fg. 7.) huc male vocatum, esse *Metaponti* Lucaniae, jam monuit Eckhelius.

SARMATIA EVROPAEA.

OLBIOPOLIS. Restituendus huic urbi numus inscriptus ΑΛΒΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. loco ΟΛΒΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. ab Arigonio (I. Tb. 34. fg. 9.) editus pro *Albiopoli* Macedoniae.

TYRA. Autonomus apud Arigonium (I. Num. Pop. Tb. 22. fg. 223.) cum epigraphe ΤΥΡ. vel ΘΥΡ. pro nostra *Tyra*, in cujus aversa *Noctua stans*, est *Thyreae* Argolidis.

COMOSICVS GETA. Numus ΚΟΜΟΣΙ.... a Froelichio (Acces. nova ad num. reg. pag. 36.) huic Getarum regi tributus, est unus ex Persicis, quales plures proponit Pellerinius (Suppl. III. Tb. 2.)

DACIA.

Numus notus Trajani, in cujus aversa ΔΑΚΙΑ. typo *Mulieris moestae ad tropaeum considentis*, non est percussus in ipsa Dacia, sed est signatus in urbe quapiam Graeciae.

MOESIA SVPERIOR.

ALMVM. Autonomus aeneus M. Hunter. (Tb. 3. fg. 18.) a Combio editus cum epigraphe dubia, vel attrita ΑΛΜΟΝ. et infra Ν.. Ι. pro ΚΝΙ. et huic *Almo* tributus, est potius *Cnidi* Cariae. ΑΛΜΟΝ. vel ΔΑΜΟΝ. est magistratus nomen, et non urbis. *Caput muliebre*, quod Combius dicit, *spicis ornatum*, *est Caput Veneris cum mitella.*

MOESIA INFERIOR.

CALLATIA. Numi Goltziani (Inf. As. Tb. 2. fgg. 1. et 2.) inscripti: ΚΑΛΛΑΤΙΑΣ. et inepte a Nonnio *Galatis* Asiaticis adscripti, sunt hujus *Callatiae*.

Numus M. Hunt. (Tb. 43. fg. 18.) inscriptus: ΦΙΛ. ΚΑΛ. pro *Philocalea* Ponti, huic urbi restitutus fuit ab Eckhelio: an recte!

MARCIANOPOLIS. Haymius (Th. Br. T. II. Tb. 31. fg. 10. p. 270.) protulit numum simillimum aliis autonomis inscriptis hinc ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙϹ, inde ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ, qui cum in antica aliud non legeret, quam ΜΑΡΚΙΑ, caput anticae esse Marcianae credidit, quod tamen est genii urbis exemplo aliarum urbium. Ejusdem farinae videtur numus, si genuinus est, quem Haller (Num. Ith. p. 27.) exhibet, et Marcianae attribuit.

Froelichius (IV. Tent. p. 261.) indeque Eckhelius (Cat. M. Vind. P. I. p. 54. Nr. 11.) ediderunt numum Caracallae valde deformem, et inscriptum hinc ΑΤΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΥΗ....; in)(.... ȣΜ. ΤΕΡ..... Νȣ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Equidem existimem hunc numum esse Alexandri Severi, et similem illi ab Eckhelio sub Nr. 45. ejusdem Catalogi descripto, in quibus omnibus legitur ΗΓ. ȣΜ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝȣ &c. pro ΗΓΕΜΟΝΟΣ. ΟΥΜΜΙΔΙΟΥ. et non ΗΓȣΜ. pro ΗΓȣΜΕΝȣ — Erravit Auctor M. Theupoli, qui semper legit. ΗΓȣ. Μ. &c. pro *praeside Marco.* &c.

Tristanus et Patinus numum produxerunt cum capitibus Alexandri Severi, et Moesae, in cujus aversa legerunt ΑΓ. ΤȣΧΗ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΩΝ. ΚΑΡΧΕΔΩΝ. cujus vera lectio est. ΗΓ. ȣΜ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΟΥ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. et falso *Tuccae Terebentinae* Carthaginensium attribuerunt.

Vaillantius in numo Elagabali et Soaemiadis, ut credidit, legit ΑΓ. ΤΥΧΗ. ΥΠ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΟΥ. &c. sed falso: Nam numus

mus iste est idem numus Alexandri et Moesae, ut supra, et in quo legitur ΗΓ. ΕΜ. ΤΕΡΕΒΕΝΤΙΝΟΥ. &c.

NICOPOLIS. Numus Trajani, in cujus aversa legitur tantum ΝΕΙΚΟΠΟΛΙϹ, et a variis eruditis huic urbi adjudicatus, est potius *Nicopoleos* Epiri. Similem vidimus in museo Sanclemente ex Dalmatia adlatum.

Auctor M. Theup. p. 942. in numo Severi legit ΥΠ. ΑΠΟΛΛΥϹ. &c. In alio *M. A.* legitur ΥΠ. ΑΠΟΛ. ΑΥϹΠΕΚΟϹ. &c.

Vaillantius in numo Domnae legit ΥΠ. ΚΟΥΝ. ΤΕΡΤΥΛΛΟΥ. pro Λ. ΟΟΥΙΝΙ. ΤΕΡΤΥΛΛΟΥ, et in area ΒΟΥΛΗ. ΔΗΜΟϹ. pro ΒΟΥΝΟϹ. ΑΙΜΟϹ. vel pro ΑΙΜΟϹ tantum.

Holstenius ad Steph. sub ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ. jam erronee legerat in eodem numo: ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΑΝ. ΕΠΙ. ϹΤΡΑ. . . . ΤΕΡΤΥΛΛΟΥ. &c. sed recte vidit ΑΙΜΟϹ. in area. Harduinus (Num. Ant. p. 583.) hunc numum ab Holstenio sic proditum, male arbitratur, Nicopolin ad Moestum pertinere. *Confer Sestin. Descript. Num. Vet. pag.* 44.

Vaillantius et Froelichius numos inscriptos Α. ΝΟΒΙΟΥ. ΡΟΥΦΟΥ. &c. promiscue tribuerunt jam Caracallae, jam Elagabalo, sed qui omnes sunt Elagabali.

Numus Gordiani Pii editus a Patino (Imp. p. 296. m.) et inscriptus erronee ΕΠ. ϹΤΡ. ΑΥΡ. ΔΙΟΓΕΝΟΥϹ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. loco ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ad Phrygiae *Metropolim* pertinet. Similem, sed recte descripsit Vaillantius *ex M. J. Magnavacca.*

TOMI. Pellerinius (Mel. II. p. 138.) in numo Domnae legit ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ. ΝΕΩΚ. loco ΤΟΜΕΩϹ: et in numo Caracallae (Suppl. II. p. 55.) vidit ΜΗΤΡΟ. ΝΑΥ. vel ΚΥ. ΠΟΝΤ. ΤΟΜΕΩϹ. pro ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΠΟΝΤ. ΤΟΜΕΩϹ. ob id evanescunt tituli *Neocoratus*, et *Navarchidis* male lecti in his numis.

THRACIA.

ABDERA. Numus Goltzii (Graec. Tb. 25. fg. 9.) cum fictitia epigraphe ΑΒΔΗΡΑΣ. ΚΟΡΑΣ. est *Arcadum.* Pariter numi sequentes, videlicet ille apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 33. fg. 7.) cum residuis literis ΑΚ. pro ΑΡΚΑ — apud Eckhelium (Cat. M. Vind. I. p. 64. Nr. 6.) cum sola litera Α. — apud Neumannum (Num. Vet. P. I. p. 112. Tb. 4. fg. 1.)

In numo Goltziano male lectum ΕΠΙ. ΔΙΟΣ. ΛΑΙΟΥ. ex quo Iovem nescio quem elicuit Begerus (Observ. in num. ant.) pro ΕΠΙ. ΔΙΟΝΥΣΑΔΟΣ.

Numus M. Hunt. pag. 2. Nr. 9. inscriptus ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. et *Abderae* tributus, est *Phoceae* Ioniae.

Alius a Pellerinio (Rec. I. Tb. 33. fg. 9.) *Abderae* timide adscriptus, est pariter *Phoceae.* ΑΘΗΝΑΔΗΣ magistratus nomen legitur in *Phoceae* numis certioribus — Alius (ib. fg. 3.) ab eodem huc vocatus, est potius *Tei* Ioniae. Similes numos passim vidimus Smyrnae ex veteri Teo adlatos.

Tandem numus M. Caes. Vind. (P. I. p. 64. Nr. 5.) cum epigraphe ΑΒ. ΔΑΜΙ... et typo *Gryphi*, est potius *Abydi* Troadis. Gryphus datur quoque in numis Abydi certis.

In numis Vespasiani et Titi, vel Titi, et Domitiani, ΑΒΥΔΗΝΩΝ. inscriptis, alii legunt ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ. pro nostra *Abdera.*

AENVS. Numus Paciaudi (Animadv. in num. M. Ant. p. 78.) inscriptus ΑΙΝΙ. pro *Aenia* Macedoniae, est hujus *Aeni.*

Numus M. Pembrock. (P. II. Tb. 4. fg. 3.) cum: ΑΝΤΑΝ. loco ΑΙΝΙΟΝ. et *Antandro* Mysiae perperam tributus, huc amandatus fuit a Neumanno.

Alius apud Pellerinium (Lettres. Tb. 4. fg. 1.) cum hinc ΑΙΝΙ. inde ΑΒΑΚ. pro *Aeno*, ad Siciliae *Abacaenum* pertinet.

AGATHYRSI. Numus inscriptus ΑΓΑΘΥΡΣΩΝ. est Goltzianus (Non. in Com. ad Golt. Gr. Tb. 28. fg. 9.) Perperam affert Harduinus (Oper. Sel. p. 8.) eumdem numum,

mum, Agathyrsum Siciliae respiciens. At si genuinus, forsan est unus ex Syracusanorum obviis, cui Goltzius more solito inflixit ΑΓΑΘΥΡΣΩΝ.

AGESSVS. Numus Goltzii (Gr. Tb. 28. fg. 1.) inscriptus ΑΓΚΕΣΣΙΩΝ. ab Eckhelio, *Crotoni* Bruttiorum jam restitutus fuit — Numus Trajani, quem citat Harduinus ex museo R. G., aliis omnibus ignotus, nisi sit ΟΡΘΩϹΙΕΩΝ.

ANCHIALVS. Numi imperatorii inscripti ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ. a variis antiquariis promiscue huic urbi Thraciae, vel *Anchialo* Ciliciae tributi, sunt omnes *Anchiali* Thraciae.

APOLLONIA. Autonomi argentei apud Pellerinium (Rec. I. p. 194.) cum ΑΠΟΛ. sunt *Apolloniae* Illyrici.

ARISTAEVM. Numus Pellerinii (Rec. I. Tb. 34. fg. 14.) inscriptus ΑΡΙΣΤΙΩΝ., est *Cnossi* Cretae. ΑΡΙΣΤΙΩΝ. magistratus nomen est — Alius, quem Combius vulgavit (M. Hunt. Tb. 7. fg. 13.) cum epigraphe ΑΡΙ. est potius *Clazomenes* Ioniae.

BIZYA. Numi M. Theup. p. 1254. 1255. cum nomine ΒΥΖΑΣ. sunt *Byzantii*.

BYZANTIVM. Ei restituendus numus Maximini, in quo Vaillantius legit ΕΠ. Ϲ. Μ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *omisso* ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ.

HADRIANOPOLIS. Autonomus M. Hunt. (Tb. 2. fg. 18.) inscriptus ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. cum typo *Luni*, est potius *Hadrianopolis* Bithyniae.

Alius inscriptus HA. loco ZA. perperam huc amandatus a Gusseme (IV. p. 1. 2.) est unus ex *Zacynthi* obviis.

Imperatorius Severi: ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΤ. ΒΞ. a Vaillantio, aliisque huic urbi Thraciae tributus, est *Hadrianopolis* Bithyniae, ut monuit Pellerinius (Rec. II. p. 19.) sed non restituit epigraphen, cujus veram lectionem ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ϹΕΒΑϛων. esse censemus, exemplo alterius numi cum capite Caracallae. *Confer Sestin. Descrip. Num. Vet. p. 255.*

HERACLEA, numquam feriit numos suos nomine *Heracleae*, sed semper *Perinthi*. Numi igitur a variis viris eruditis huc relati, ad alias *Heracleas* pertinent.

MARONEA. Autonomus aureus apud Goltzium (M. Gr. Tb. 21.) cum praetensa epigraphe ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΑΤΑΝ, pro Posidonia Lucaniae, si talis unquam exstitit, est nostrae Maroneae, in quibus sed argenteis legitur ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΣ. Cum tali epigraphe unum vulgavit Spanhemius, sed erronee sub eadem Posidonia — et quem Begerus (Th. Br. I. p. 273.) in honorem Posidippi poetae comici Cassandrensis ab Eretriensibus percussum inani sane conjectura dixit. Mazzochius (Tab. Heracl. p. 505. et 506.) fraudem Goltzianam amplectens, pro Posidoniae moneta eum habuit.

Aeneus, quem vulgavit Gesnerus (Num. Pop. Tb. 57. fg. 5. p. 312.) ex Wilde sel. Num. Tb. 11. fg. 67. p. 94. cum epigraphe hinc ΕΥΠ. inde ΜΑ. pro *Posidonia*, est nostrae *Maroneae*. Similes exstant in M. Caesareo et Ainslieano.

Numulus aeneus apud Combium (M. H. Tb. 35. fg. 22.) cum ΜΑ. et Diota, est *Methymnae* Lesbi. Similem vide apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 103. fg. 11.)

Numus inscriptus ΜΑΡΩΝ. cum typo *Fulminis*, et cum monogrammate in area, quem vulgavit auctor M. Theup. p. 1282. est dubiae lectionis et classis: Ejusdem numi peristases conspirant cum aliis incertis inscriptis ΑΝΔΡΩΝ. quae literae vitiatae facile in ΜΑΡΩΝ. abiverunt.

Alius apud Eckhelium Cat. I. p. 70. Nr. 16. cum ΜΑΡ. et typo botri, et in area hordei granum, est dubiae lectionis pro hac sede. In similibus legitur ΜΥΚΟ. pro *Mycono* Insula. — Quem Gesnerus Pop. p. 294. ex M. Wak. affert cum ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΜΕΝΕΚΡΑ.

MENEKPA. et cum typo Bacchi, esse Dionysopolis Phrygiae, jam patet ex alio simili edito a Neumanno inscripto ΔΙΟΝΥΣ. . . . MENEK. (Pop. Num. II. Tb. 2. fg. 12.)

Imperatorius Othonis: ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. quem edidit, et probavit Seguinus (Num. Sel. p. 136.), est Neronis numus.

MESEMBRIA. Autonomus argenteus Goltzii (M. Graec. Tb. 31.) cum epigraphe META *inter radios rotae*, pro *Metaponto* Lucaniae, jam huic urbi restitutus fuit ab Eckhelio (Num. Vet. p. 58.)

Imperatorius Gordiani, in quo Pedrusius (Mus. Farnes. VII. Tb. 43. fg. 4. p. 428. 429.) male legit: ΕΦΕCΙΩΝ. ΚΑΙ. ΜΕCΑΜΒΡΕΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. loco ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. pertinet ad concordiam *Ephesi* cum *Alexandria* Aegypti.

NICAEA. Autonomus M. Hunt. (Tb. 40. fg. 7.) cum epigraphe manca ΝΙΚΕΩΝ. est potius Thessalonicae Macedoniae. *Confer Sestin. Descrip. Num. Vet. p. 62.*

Nonnulli Imperatorii a Froelichio (IV. Tent. p. 321.) et a Sestinio (Letter. T. I. p. 23.) hujus Nicaeae et non Bithyniae crediti, relinquendi in vetere statione.

ODRYSII. Autonomus incertus M. Caes. (P. I. Tb. 5. fg. 10.) cum epigraphe peregrina, ut vidit Eckhelius, et non ΟΔΡΗ. ut in aliis similibus, huic populo a Sestinio restitutus fuit. *Confer Letter. T. V. p. XLIII.*

PAVTALIA. Imperatorius Getae apud Arigonium (I. Gr. Impp. *al.* Tb. 10. fg. 169.) inscriptus Τ. ΦΛ. ΟΥΛΠΙΑC. ΠΑ. . . . . ΠΡΟC. ΙC. est *Nicopolis* ad Istrum. Corrige ut in alio simili apud eumdem (Tb. 26. fg. 363.) Τ. ΦΛ. ΟΥΛΠΙΑΝ. ΝΙΚΟΠΟΛΙ. ΠΡΟC. ΙC.

PERINTHVS. Numus M. Pembrock. (P. II. Tb. 24. fg. 7.) inscriptus ΠΕΡ. pro ΤΕΡ. ad Terpillum Macedoniae pertinet. Ab aliis perperam Pergamo tributus fuit.

Alii inscripti ΠΕ. in monogrammate cum *capite Arietis* ab Arigonio *Pegis* dati, et quos Froelichius (Not. Elem. p. 106.) *Perinthiis* ad dicere mavult, sunt *Peparethi* Insulae.

Imperatorius Augusti est Goltzianus — Poppaeae cum ΠΕ. est dubiae classis, nisi sit *Pessinuntis* Galatiae.

In numo Trajani, in quo Vaillantius (Num. graec. p. 29. l. 43.) legit ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΙΟΥ. ΚΕΛCΟΥ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. apud Pellerinium (Mel. II. p. 60.) est ΕΠΙ. ΙΟΥ. ΚΕΛΙC. ΠΡΕC. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ.

In alio numo Trajani cum capite Plotinae in aversa perperam legit Piovene (M. Farn. X. Tb. 12. fg. 1.) ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙC. ΠΡΕC &c. pro ΠΛΩΤΕΙΝΑ. CΕΒΑCΤΗ. nisi legendum ut supra juxta lectionem Pellerinianam.

Numus Antonini, in quo Vaillantius legit ΥΠ. ΦΑΒ. ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΟΥ, restituendus Topiro.

Alius Antonini Pii a Gorio editus (M. Florent. Tom. V. Tb. 22.) cum epigraphe exesa, est Peltarum Phrygiae. *Vide Eckhel. Num. Vet. p. 264.*

PHILIPPOPOLIS. Goltzius (Graec. Vet. Tb. 25. fg. 6. p. 139.) protulit numum inscriptum ΦΙΛΙΠΕΝΖΕ, quem esse Ilipae Hispaniae, Norisius jam dixit — Alius sub fg. 5. ab ipso Goltzio exhibitus, omnibus aliis ignotus.

Numus extritus autonomus apud Musel. (Tb. 15. fg. 5.) in quo apparent hinc . . . . ΒΩΣΙΟΣ. inde . . . . ΠΟΠΟΛ. . . . . et temere huic urbi adscriptus, est similis illi Wackero memorato (Epist. ad Schachmannum pag. 8.) in quo ipse legit ΖΕΥC. ΒΩCΙΟC. in)(ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ. Similis est apud Arigonium (I. XI. 108.) cum ΚΟΣΙΩΣ tantum in adversa, loco ΖΕΥC. ΒΩCΙΟC.

Numus Faustinae Sen. in quo Haymius (Th. Br. II. Tb. 34. fg. 20. p. 284.) ΕΠΙ. ΑΝΤ. ΝΙΚΩΝΟC. ΠΡ. CΕΒ. ΑΝΤΙ. Β. ΚΙ. ΠΟΝΤΟΥ. et perperam *Bithynis* tributus, huc

huc pertinet; legendumque in eo. ΕΠΙ. ΑΝΤ. ΖΗΝΩΝΟC. ΠΡ. CΕΒ. ΑΝΤ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙ.

Numi Philippi senioris, et Marini inscripti ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΚΟΛΩΝΙΑC. S. C. a Vaillantio *Philippopoli* Arabiae tributi, ab Eckhelio, ex vetere opinione Harduini, aliorumque eruditorum, huic urbi Thraciae solidis argumentis perpetuo adscripti fuere.

PLOTINOPOLIS. Autonomus unicus apud auctorem M. Theupoli p. 1289. inscriptus ΠΛΟΤΕΙΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. cur reticetur ab Eckhelio in Doctrina Num. Vet.?

SERDICA, serius *TRIADITZA.* Autonomi M. Hunt. (p. 338. Nr. 1—3. et Tb. 60. fg. 22.) in quibus legitur ΤΡΑΙ. et non ΤΡΙΑ, sunt *Traelii* Macedoniae.

THERNE. Numus ΘΕΡΝΑΙΩΝ. ab Harduino (Oper. sel. p. 69.) ex Museo regio vulgatus, reddendus *Eleuthernis* Cretae.

TIRIDA. Numus M. Hunt. (Tb. 60. fg. 15.) inscriptus ЯTI ut videtur, commode a Combio huic urbi fabulosae tributus, est cujusdam urbis incertae Thessaliae. Eckhelius *Triccam* respexit.

TOPIRVS. Restituendus huic urbi numus Antonini Pii, in quo Vaillantius legit ΕΠ. ΦΛΒ. ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΟΥ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. loco ΕΠΙ. &c. ΤΟΠΕΙΡΙΤΩΝ.

TRAIANOPOLIS. Autonomus inscriptus apud Sestinium (Lett. T. IV. p. 96.) ΔΗΜΟC ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. restituendus *Trajanopoli* Phrygiae. Pariter imperatorius Trajani apud Motraye (Voyag. I. 198. 8.) cum *capide Palladis*; et numus Commodi apud Vaill. cum *Deo Mense equite*, uterque inscriptus ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, est potius *Trajanopolis* Phrygiae.

Numi inscripti ΑΥΓΟΥCΤΗC. ΤΡΑΙΑΝΗC. sunt omnes hujus *Trajanopolis*. Fuere, qui numos sic inscriptos, *Sarmizegetusae* Daciae, vel *Trajanopoli* Phrygiae, vel *Augustae* Ciliciae proprios esse vellent: sed imperite!

TYLIS. Numi Liebii, aliorumque cum epigraphe ΤΥΛΙΣΙΟΝ. sunt *Tylissi* Cretae.

CHERSONESVS THRACIA.

CALLIPOLIS. Autonomus argenteus M. Theup. p. 1256. cum epigraphe ΚΑΛΛΙ..., est unus ex *Boeoticis* obviis.

Imperatorius Trajani apud Pellerinium (Suppl. III. p. 120.) in cujus aversa: ΑΠΟΛΛΩΝ. ΚΑΛΛΙΠ. est dubius pro hac urbe.

CARDIA. Huic urbi restituti fuerunt a Sestinio numuli illi argentei cum typo dimidii Leonis, et in)(Area in 4. partes secta &c. et qui ad monetam Leontinorum a variis relati, vel ab aliis pro incerta patria habiti. *Confer Descrip. Num. Vet. p. 78.*

CHERRONESVS. Huic urbi a Goltzio (Gr. Tb. 26. fg. 5. et 6. p. 146.) adscripti fuere duo numuli, quorum unus aeneus inscriptus ΧΕΡΡΟΝΗΣΙΩΝ, alter argenteus ΧΕΡΡΟ. Sestinius vulgavit unum genuinum, sed aeneum cum ΧΕΡΡΟΝ. similemque illi a Goltzio sub fig. 6. exhibito.

COELA. Imperatorii hujus Municipii, diu litigatum inter antiquarios, ad quam urbem referendi sint. Harduinus jam *Caelium* Apuliae, jam hanc ipsam Thraciae *Coelam*, jam *Eliberim*, vel *Iliberim* Aquitaniae opinatur. Spanhemius *Coelobrigam* Hispaniae respexit: ac demum Vaillantius aliique eos *Coello*, vel *Coillo* Numidiae adscripserunt. Bellejus denique eos huic Chersonesi *Coelae* jure restituit.

In similibus numis cum aliqui legerent: MVN. FANE. AEL. loco AEL. MVN. COEL. tributi fuere jam *Fano* Vmbriae, jam *Aelio Fanestri* Hispaniae.

SESTVS.

SESTVS. Imperatorius Augusti cum typo *Lyrae*, in quo Auctor M. Theupoli p. 831. legit ΒΟΣΤΡΩΝ. pro *Bostra* Arabiae, est potius huius *Sesti*: nam conjicitur veram epigraphen fuisse ΣΗΣΤΙΩΝ.

INSVLAE AD THRACIAM.

LEMNVS. Praeter Goltzii numos suspectos alium edidit Arigonius (Tb. IX. inter Trientes.) in quo *caput Vulcani*, et epigraphe ΛΥΜΝΟϹ. et quem esse *Populoniae* Etruriae in hac dictum.

SAMOTRHACE. Numus Pellerinii (Rec. II. Tb. 41. fg. 16.) perperam *Pythopoli* Bithyniae adscriptus, jam huic Insulae restitutus fuit ab Eckhelio, qui eodem tempore amandavit alios similes M. Caesarei olim inter incertos positos. Ad hanc insulam pertinet numus, qui dicitur argenteus, pro aeneus, a Wisio (Num. Bodl. p. 7. et 341. Tb. 5. fg. 22.) sed male ibi *Samo Antoniae* tributus. Numus autem M. Hunt. (Tb. 46. fg. 21.) sub *Same* in Cephallenia descriptus, est nobis dubius, eumque ad nostram Samothracen jam revocavit Sestinius (Lettere T. V. p. XLIV.)

THASVS. Autonomus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 19. fg. 10.) inscriptus ΑΣΙΝ. pro *Asine* Laconiae, ad *Thasum* pertinet. In aliis simillimis legitur ΘΑΣΙΩΝ.

Numus *Epicuri Philosophi*, quem Haymius vulgavit (Th. Br. II. Tb. 7. fg. 6. p. 76.) est pariter Thasi. *Confer Sestin*. Letter. T. V. p. LV.

REGES THRACIAE.

SEVTHES III. Numus aeneus Pellerinii (Rois p. 35.) cum ΒΑΣΙΛΕ. ΣΕΥΤΟ. vel ΒΑΙΣ. ΣΕΥΤ. est potius *Seleuci I.* Regis Syriae.

COTYS V. Numus argenteus ex M. Elect. Saxon. inscriptus ΚΟΤΥΟϹ. ΧΑΡΑΚΤΗ.... est unus ex *Thasiis* obviis, fabricae turpiter barbarae.

PAEONIA.

Numus nomine Paeoniae universae editus a Combio (M. Hunt. Tb. 40. fg. 22.) cum epigraphe ΠΑΙΩ. est unus ex eorum genere, quos magistratus Romani nominibus inscriptos in Panormi moneta solemus exhibere.

MACEDONIA.

Autonomus aureus, quem per levem conjecturam huc revocat Pellerinius, dubius est.

Argenteus, et anepigraphus, ut visum Combio (M. Hunt. Tb. 34. fg. 9.) est Bottiaeae. Vide Sestin. (Lett. T. V. p. LXVIII.)

Alii argentei et anepigraphi cum typo equi et galeae, huc a nonnullis eruditis amandati, conspirant cum numis Archelai Macedoniae regis. Perperam Eckhelius conjicit eos esse *Metropoleos* Thessaliae.

Numi inscripti ΜΑ. in aversa in 4. partes secta, a Begero (Th. Br. I. p. 481.) male explicati, et tributi, ad *Massiliam* pertinent.

Perperam legit Arigonius (I. Tb. 64. fg. 13.) in numo Magnesiae Lydiae: ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΑΡΤΕΜΙΝΟΥ. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. loco ΜΑΓΝΗΤΩΝ.

Macedonia Romana.

In tetradrachmo obvio, quem Goltzius aureum fecit, perperam legit ΑΣΤΛΩΝ. pro AESILLAS. Q.

Quatuor Macedoniae.

Regio II. Numi inscripti ΜΑΚ. vel ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Β. melius Β. pro ΔΕΥΤΕΡΑΣ. vel alii cum ΓΑΙΟΥ. ΤΑΜΙΟΥ. Β. vel tantum Β. pro hac secunda Regione, si vere sunt hujus regionis, sunt potius a *Bottiaeis* signati. *Confer Sest. Descr. Num. Vet. pag.* 86.

Imperatorii.

In numo Hadriani male legit Havercampus (Num. R. Sv. Tb. LV.) ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. loco ΛΑΚΕ-

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. et in quo typus Dioscurorum ſtat pro Lacedaemoniis.

Imperatorius Alex. Severi apud Vaillantium (Num. Graec. p. 231.) inſcriptus CEBACTOC. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΚΑΙ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡ. eſt nobis ſuſpectus.

In numo Galli Band. I. p. 68. legit ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΟΤCΤΑΜΑ. Vaillantius tantum ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ...... quae lectio dubia pro hac ſerie; legendum fors ΒΛΑΤΝΔΕΩΝ. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ.

AEGAE. Autonomi apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 30. fg. 12 — 14.) inſcripti ΑΙΓΑΙΕΩΝ. vel ΑΙΓΑΕΩΝ. ſunt potius Aegarum Aeolidis, ut et alius M. Hunt. p. 12. Nr. 2. Sed ille anepigraphus cum typo Hirci apud Combium (M. Hunt. Tb. 3. fg. 3.) conſpirat cum aliis inſcriptis ΑΙ. incertae claſſis.

AMPHIPOLIS. Numi tam Autonomi, quam Imperatorii inſcripti ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ, a variis eruditis *Amphipoli* Syriae tributi, omnes ſunt hujus urbis Macedoniae.

Autonomi argentei dicti *Lesbici*, huc probabiliter pertinent.

Imperatorius Caligulae apud Goltzium Theſ.) Morell. in Cal. Tb. 8. fgg. 9. 10.) et apud Occ. edit. vlt. p. 105.) adulteratus non eſt, niſi in epigraphe adverſae, quae dicit ΓΑΙΟΝ. ΚΑΙΣΑΡΑ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ. ΣΕΒ. ΑΡΧ. ΜΕΓ. ΔΗΜ. ΕΞΟΤΣ. et quae adfixa fuit ab ipſo Goltzio. In aliis genuinis ex M. Couſin. legitur ΚΑΙΣΑΡ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. ΘΕΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. et in area Γ.

Alius cum capite Valer. Sen., in quo Pellerinius (Mel. II. Tb. 32. fg. 10.) male vidit caput Valer. Iun. et perperam legens ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. loco ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, eſt *Amphipolis*, ut jam monuit Seſtinius (Lettr. T. V. p. LX.)

AMANTIA. Guſſeme (Diccion. I. p. 116.) ex M. Pembrockiano huc refert numum inſcriptum ΑΜΑΝΤΩΝ, et non ΑΜΑΝΤΕΩΝ, ut ipſe ſemper male legit, et quem eſſe *Amantiae* Illyrici, omnibus jam patebat.

AENIA. Perperam Paciaudus (Animadv. in num. M. Antonii p. 78.) attribuit huic urbi numum inſcriptum ΑΙΝΙ. qui eſt *Aeni* Thraciae.

ANTIGONIA. Aeneus ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ. ſoli Goltzio memoratus. (in Graecia.)

ATHOITAE. Autonomus ΑΘΩΙΤΩΝ. eſt Goltzianus. (in Graecia Tb. 24. fg. 7.)

BISALTAE. Numus inſcriptus ΟΣΣΙΩΜ. ſecundum Paciaudum pro *Oſſa* Macedoniae: ΣΙΩΜΟΣ. ſecundum Eckhelium, pro *Maronea* Thraciae: ΟΣΣΕΩΣ ſecundum Seſtinium, pertinet ad hoſce Biſaltas.

BOTTIAEA. Huc pertinet numus argenteus M. Hunt. (Tb. 34. fg. 9.) inter numos macedonicos a Combio deſcriptus.

Caſtigandus autonomus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 31. fg. 32.) cum capite *Mercurii*, in)(*Equus pascens*, cujus periſtaſes in aliis ſimilibus ſunt *Caput Palladis*, et in)(*Bos pascens*.

CASSANDREA. Autonomi Graeci a Goltzio proditi (Graec. Tb. 24. fgg. 1 et 2.) ſunt malae fidei.

In autonomo, nomine Coloniae, Pellerinius vidit AV. inſcriptum Vexillo inter duo ſigna militaria: at in alio ſimili M. Couſin. legitur AM. pro *Auguſta Macedonica*, id eſt Legio, vel Colonia, exemplo Coloniae Troadis, in cujus numis legitur: AV. TR. vel CO. AV. Vexillo inſcriptum.

Imperatorius Caracallae, in quo Wildius (Sel. Num. p. 163.) legit ΑΤΤ. C. Μ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC. SEMNOC. eſt Gordiani, cujus vera lectio, exemplo alterius ſimillimi ex M. Couſ. eſt ΑΤΤ. C. Μ. ΑΝΤΩΝΙΟC. GORDIANOS.

EDESSA. Harduinus numos Imperatorios inſcriptos ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ. perperam tribuit *Edeſſae*

Edessae Mesopotamiae, quae erat Colonia. Vaillantius promiscue nostrae *Edessae*, vel *Edessae* Syriae adscripsit.

Perperam Pellerinius (Mel. II. p. 18. Tb. 25. fg. 6.) Iuliae Augusti F. dedit numum inscriptum ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ. qui est Iuliae Augusti, id est Matris Tiberii.

HERACLEA LYNCESTIDIS. Numi argentei apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 31. fgg. 35 et 36.) inscripti ΗΡΑΚΛΕΩΤΩΝ, ex sententia Eckhelii sunt *Heracleae* Synticae.

NEAPOLIS. Numus a Goltzio, Paruta, Harduino et Begero Neapoli Campaniae tributus, pertinet ad hanc *Neapolim*. Similes vide apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 32. fgg. 45 et 46.)

Aeneus inscriptus ΝΕΑΠ. a Combio (M. Hunt. Tb. 40. fg. 2.) sub *Neapoli* Cariae proditus, male ab Eckhelio huc referri posse censetur. Haec Neapolis in numis suis semper scripsit ΝΕΟΠ. et non ΝΕΑΠ. ob id numus Hunterianus vel est Cariae, vel Ioniae, ut opinatur Sestinius, in Descript. Num. Vet. p. 107.

OLYNTHVS. Autonomus inscriptus: ΟΛΥΝΘΙΩΝ. ΚΑΙ. ΤΟΡΩΝΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. est unus ex solitis monstris Goltzianis.

ORTHAGORIA. Huc pertinet numus ab Haymio (Th. Br. II. p. 166.) aliisque male lectus in ΟΓΟΑΓΡΕΩΝ. vel ΟΠΟΑΓΟΡΕΩΝ. vel ΟΡΑΓΡΕΩΝ. loco ΟΡΘΑΓΟΡΕΩΝ.

Numi, quos Eckhelius (Doctr. Num. Vet. Vol. II. p. 73.) dicit esse aeneos, argentei adhuc exsistunt.

OSSA. Autonomus argenteus editus a Paciaudo (Animadv. phil. p. 75.) cum epigraphe ΟΣΣΙΩΝ., est *Bisaltarum* Macedoniae.

PELLA. Hujus urbis est numus a Pellerinio (Rec. I. Tb. 25. fg. 29.) sub *Pelecania* Boeotiae descriptus.

In numis inscriptis hinc inde ΠΕΛΛΑΙΩΝ. Pellerinius vidit caput Octaviae Augusti Sororis: Eckhelius censet esse Deae Libertatis, exemplo aliorum numorum Thessalonicae, in quibus juxta caput muliebre legitur ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ. At Sestinius dicit esse caput Liviae, exemplo alterius numi cum epigraphe hinc ΘΕΑ. ΣΕΒΑΣΤΗ. inde ΠΕΛΛΗΣ. *Confer Descrip. Num. Vet. p.* 110. Ejusdem classis est numus autonomus a Wisio editus in Cat. Num. Bodlei. Tb. 5. fg. 15. p. 9. 144. 259.

In imperatoriis nomine Coloniae, typus frequentior est Pan rupi insidens &c. et non Apollo, ut male descripsit Vaillantius.

PHILIPPI. Aeneus cum epigraphe exesa, vel tantum . . . . . ΠΠΩΝ. a Wisio vulgatus sub Hipponio (Num. Bodl. Tb. 4. fg. 29.) est similis aliis inscriptis ΦΙΛΙΠΠΩΝ.

Goltzius (Gr. Tb. 30. fgg. 9 et 10.) in aliis legit ΦΙΛΙΠΠΟΥ. loco ΦΙΛΙΠΠΩΝ. et perperam Philippo Alexandri patri adscripsit: Aridaeo altero errore Spanhemius (Pr. I. p. 384.)

PYDNA. Huc pertinet numus, quem Gessnerus ex M. Pfau, nunc Reg. Boruss. vulgavit cum inscriptione ΣΥΝΩΝΑΙΩΝ. pro *Synonia* Corsicae, cuius vera epigraphe est ΠΥΝΔΝΑΙΩΝ.

THESSALONICA. Autonomus a Pellerinio editus (Rec. I. Tb. 31. fg. 37.) est Imperatorius Neronis. Lege Ν. ΚΑΒΕΙΡΟΣ. ut in alio simili M. Cousiner.

Alius (ib. fg. 38.) cum epigraphe ΚΑΒΕΙΡΕΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΦΙ. pro ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. est dubiae lectionis. In alio simillimo ejusdem Musei legitur tantum ΚΑΒΕΙΡΙΑ. ΠΥΘΙΑ. et infra vas, et malleus, quae symbola Pellerinio visa pro ΦΙ.

Alius Autonomus M. Hunt. (Tb. 59. fg. 28.) est Imperatorius cum capite I. Caes. in adversa, et cum capite Augusti in aversa.

In numo Gordiani M. Theup. p. 1055. perperam legitur ΚΕΣΑΡΕΙΑ. pro ΚΑΒΙΡΕΙΑ.

TERPILLVS. De numis huic uibi tributis, et tribuendis vide quae notavit Sestinius in Descrip. Num. Vet. pag. 124.

TORONE. Iam diximus, numum inscriptum ΟΛΥΝΘΙΩΝ. ΚΑΙ. ΤΟΡΩΝΑΙΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. esse foeditam mercem Goltzianam.

TRAELIVM. Numus Goltzii (Gr. Tb. 24. fg. 2.) cum *praetensa* epigraphe ΡΟ. ΠΑΜΙΔΟΣ. pro *Rhodo* Insula, est hujus *Traelii*.

Numi Peller. (Rec. III. Tb. 107. fg. 6.) et M. Hunt. p. 251. Nr. 78 et 79.) lecti ΡΑΙΛΙΤΝΟ. pro ΤΡΑΙΛΙΟΝ. pariterque, Goltzio duce, *Rhodo* tributi, sunt hujus *Traelii.*

Numus M. Hunt. (Tb. 60. fg. 22.) lectus ΤΡΙΑ. pro ΤΡΑΙ. et *Triaditzae* adscriptus, est hujus *Traelii*, et non incertae urbis, ut vult Eckhelius.

VRANOPOLIS. Ei Eckhelius jure restituit numum a Pellerinio perperam lectum ΛΟΚΡΩΝ. et sub Locris Ozolis descriptum, dum vera epigraphe est ΟΥΡΑΝΙΔΩΝ. ΠΟΛΕΩΣ. et non ΟΥΡΑΝΙΑΣ. ΠΟΛΕΩΣ. ut ipse Eckhelius vidit, sed non accurate.

REGES MACEDONIAE.

ARGAEVS. Hujus numum ΑΡΓΕΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. quem ex Scaligero citat Harduinus (Opp. Sel. p. 27.) commentitium puta. Multos alios spurios argenteos II. formae vidi Byzantii, inscriptos ΑΡΓΑΙΟΥ. numo M. Caes. simillimos, quae merx germanica propagata fuit a Turca Renegato, nomine Osman Bey.

PHILIPPVS I. Huic Froelichius (Not. Elem. p. 128.) tribuendos conjicit argenteos nonnihil barbaros, sed quos esse Philippi II. jam monuit Eckhelius.

AMYNTAS I. Numi inscripti : ΒΑΜΕ / ΜΥΩΥ / Μ. sine typo in aversa et perperam a variis huic Regi tributi, indeque Amyntae Galatiae regi adjudicati, sunt potius Amyntae regis Cibyrae. In aliis legitur Β. ΑΜΕΙ / ΜΥΩΥ / Μ. pro Regis Amyntae Moagetis.

AEROPVS. Numus, quem Pellerinius (Suppl. II. Tb. 8. fg. 13.) edidit cum praetensa epigraphe ΑΟΡΝΙΩΝ. pro *Aorno* Epiri, conspirat cum aliis numis hujus Regis a Sestinio editis (Lettere T. V. pag. VII.)

PAVSANIAS. Numus incertus ab Eckhelio male lectus, et descriptus in Cat. Vind. (P. I. Tb. 6. fg. 10.) huic regi restitutus fuit a Sestinio (ib. p. VI.)

Alius incertus et anepigraphus M. Hunt. (Tb. 68. fg. 21.) probabiliter, ratione typorum, huic regi adscribendus.

PERDICCAS III. Aspernandi numi Goltziani inscripti ΠΕΡΔΙΚΚΟΥ vel ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΠΕΡΔΙΚΚΟΥ.

PTOLEMAEVS *Alorites.* Confictus est unicus Goltzii numus inscriptus ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΑΛΩΡΙΤ.

OLYMPIAS. Huic reginae inconsulte numum tribuit Wildius (Sel. Num. Tb. 2. fg. 12.) in cujus utraque parte omnis epigraphe extrita. Is numus pertinet ad Titianam Pertinacis, et videtur esse similis aliis a Mytilenaeis signatis.

Aspernandi hujus reginae numi alii cognitae fraudis, excluso illo contorniato aevi multo serioris, cum epigraphe OLIMPIAS REGINA.

CASSANDER. Aeneus M. Pembr. (P. II. Tb. 53. fg. 6.) inscriptus ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΚΑΣΑΝΔΡΟΥ. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. est nobis suspectae fidei.

Alius (ib. fg. 8.) cum epigraphe hinc ΑΣΑΝΔΡΟΥ. inde ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚ. conspirat cum numis autonomis Thessalorum, in quorum antica legitur ΚΟΣΑΝΔΡΟΥ. et in aversa ΘΕΣΣΑΛΩΝ.

ANTI-

ANTIPATER. Numi inſcripti ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ. ſunt Goltziani.

Eidem Antipatro Liebius Wildium ſecutus largitur numos, in quibus compareret monogramma ΑΝΤΙ. ſed quos Antigono Gonatae alii reſtituere.

Huic regi probabiliter convenire poſſunt numi, in quibus conſtanter eſt monogramma conflatum literis ΑΝΤΠΡ. cum typo Aquilae &c. quos numos Pellerinius, et Eckhelius per conjecturam Patris Achajae adſcripſerunt: Similes vide in M. Hunt. (Tb. 41. fgg. 4 et 5.) numis Panormi Siciliae illatos a Combio.

DEMETRIVS I. Numum argenteum III. formae, in quo: ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ typo *Noctuae*, hujus eſſe regis, et ſignatum Athenis conjicit Pellerinius (Rec. I. p. 144.) ſed quem eſſe Piraeae Ponti, in hac dicemus.

PYRRHVS, LYSIMACHVS, SELEVCVS. Numos Pyrrhi vide in numis Regum Epiri; Lyſimachi in numis Regum Thraciae; Seleuci in numis Regum Syriae.

PTOLEMAEVS *Ceraunus*. Ei tributi fuere numi aenei, in quorum averſa ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. typo *fulminis*, et ΜΑΓ. in monogrammate, ſed quos eſſe Ptolemaei II. Philadelphi praeclare evicit Pellerinius.

Alius argenteus inſcriptus ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΚΕΡΑΥΝΟΥ. eſt mala merx Goltziana.

MELEAGER, ANTIPATER, SOSTHENES. Horum trium Regum numi inſcripti ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ — ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ — ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΩΣΘΕΝΟΥ. ſunt ejusdem farinae Goltzianae.

ANTIGONVS I. GONATAS. Numi ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ. ΓΟΝΑΤΟΥ. ex Goltzii mala officina prodivere.

THESSALIA.

Numus Eckhelii (Num. Vet. p. 84. Tb. 6. fg. 10.) inſcriptus ΘΕ. cum typo capitis Equi cum freno, et in averſa Hordei granum, et non Planta, ſi ita eſt, eſt potius Thebarum Theſſaliae. Dicam potius hunc numum eſſe inſcriptum ΦΕ. pro *Pherarum* Theſſaliae, ut jam monet Seſtinius (Lett. T. V. p. 65.)

Numus incertus cum capite Neronis, et cum epigraphe manca ΣΤΡΑΤ.... ΛΟΥΚΟ. quem vulgavit auctor M. Theup. p. 848. cum typo victoriae, eſt Theſſalorum. In aliis ſimilibus legitur ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ. ΛΑΘΥΚΟΥ.

AINIANES. Numi apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 13. fgg. 2 et 3.) inſcripti ΑΙΝΙΑΝΩΝ. pro *Aeneia* Acarnaniae, huc revocandi.

ARNA. Mediobarbus, et auctor M. Theupoli huic Theſſaliae urbi largiti ſunt numos Treboniani, quorum averſa inſcribitur ARNASI. At Pellerinius in alio Voluſiani numo legens ARN. ASI. eos revocavit *Arno*, et *Aſſiſo* Vmbriae Civitatibus. Sed interpretatio hujus inſcriptionis incerta adhuc manet. Forſan ſunt numi Apollini dicati, Arnaſi nomine.

CTEMENE. Autonomus Pellerinii (Rec. I. Tb. 26. fg. 14.) inſcriptus ΚΤΗ. eſt Piraeae Ponti.

Alius M. Hunt. (Tb. 22. fg. 16.) in cujus adverſa ΚΤΙΜΕΝΟC. in)(ΑΝΙΝΗCΙΩΙC. optume *Aninesſo* Lydiae reſtitutus fuit ab Eckhelio. Seſtinius (Lett. T. III. p. 139.) hunc numum in examen vocans eſſe *Aenianum* Acarnaniae male conjecit.

DEMETRIAS. Numum cum nomine Regis Demetrii edidit Goltzius (in Graecia). Simillimi vero ex auro et argento dantur ſine ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ, quod a Goltzio his artibus adſueto additum fuit.

Autonomus Pellerinii (Rec. I. Tb. 26. fg. 9.) cum ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ. jam *Cio* Bithy-

 niae

niae a Sestinio restitutus fuit (Lettere. T. I. p. 85.)

DEMETRIAS SACRA. Autonomi Haymii (Th. Br. II. p. 124.) Pellerinii (Rec. I. Tb. 26. fgg. 10 — 12.) inscripti ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. sunt potius *Demetriadis* Palaestinae D' Anvillo memoratae.

Imperatorius Augusti cum eadem epigraphe ab Haymio editus (ib. p. 221.) est ejusdem stationis.

ETHNESTAE. Autonomus argenteus inscriptus ΕΘ. a Goltzio (in Graec. Tb. 20. fg. 1.) et a Whelero (Voyages T. I. p. 121. Nr. 7.) editus, et perperam huc vocatus, est unus ex *Athenienſium* obviis, ut jam docuit Harduinus (Oper. Sel. p. 52.) Litera A. jam erosa non comparet, et ΕΘ. inverso ordine positae sunt pro ΑΘΕ.

HERACLEA TRACHIN. Numi inscripti ΗΡΑΚΛΕΟΤΣ. ΤΡΑΧΙΝΙΩΝ; vel ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ. ΤΡΑΧ. sunt aut Goltziani, aut palam spurii.

HIPPIAS. Vide *Phalanna* ejusdem Thessaliae.

ISTIAEOTIS *Regio Thessaliae*, cui Auctor M. Theupoli p. 1273. et ex eo Froelichius (Not. Elem. p. 88.) adscribit numos ΙΣΤΙΑΙΩΝ. qui sunt *Histiaeae* Euboeae.

LAMIA. Autonomus Peller. (Rec. I. Tb. 27. fg. 16.) inscriptus ΛΑ. pro *Lamia*, et quem Neumannus (P. II. p. 31. et 226.) *Lampsaco* Mysiae restituit, ad *Larissam* Thessaliae pertinet. In alio simili a Sestinio edito (descrip. Num. Vet. Tb. 3. fg. 7.) legitur ΛΑΡΙ.

Numi M. Pembrock. (P. II. Tb. 17. fgg. 11 et 12.) inscripti ΛΑΜ. et quos in Lexicis Numismaticis sub *Lamia* reperio, sunt *Lampsaci* Mysiae.

Numus autonomus a Gusseme lectus ΛΑΜΙΩΝ. ΜΕ. loco ΔΑΜΙΩΝ. ΜΕ. et perperam ab eo pro *Lamiorum Melienſium* interpretatus, est *Messeniae* Peloponnesi. Vide hunc numum in Lex. vn. rei num. sub *Lamia* p. 1437. pariter descriptum.

LAPITHAE. Numi inscripti ΛΑΠΠΙΘΩΝ. sunt improbae antiquitatis.

LARISSA. Numus Arigonii cum ΛΑΡΙ. pro *Larino* Italiae, huic *Larissae* jam restitutus fuit — Numus incertus M. Hunt. (Tb. 67. fg. 3.) huc pertinet. Similem vide apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 27. fg. 24.) — Numus simillimus a Paciaudo *Larissae Pelasgiae* creditus, est pariter nostrae urbis — Alius incertus apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 115. fg. 23.) est nostrae *Larissae*: quem ipse dedit *Lamiae*, in hac diximus esse *Larissae*: quem *Dardano* Troadis (R. II. Tb. 52. fg. 19.) esse hujus *Larissae*, suo loco notabimus: quem Combius (M. Hunt. Tb. 43. fg. 7.) anepigraphum vulgavit sub *Pharsalo*, esse *Larissae* in hac dicemus.

Numus aureus est Goltzianus. Ex hac classe rejiciendus numus ille, quem vulgavit Gesnerus ex M. Pfau (Tb. 37. fg. 32.)

Numi inscripti ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ. ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ. sunt *Larissae* Seleucidis.

LYCIVM. Perperam huc vocavit Froelichius (Not. Elem. p. 97.) numum inscriptum ΛΥΚΙΑΝΩΝ. quem esse populi *Lucani*, jam statuit Eckhelius.

MAGNESIA. Autonomi certi inscripti ΜΑΓΝΗΤΩΝ. a Sestinio recensiti fuere in Descript. Num. Vet. p. 145.

Imperatorii Maximini, Gordiani, et Gallieni cum epigraphe ΑΡΓΩ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. sunt *Magnesiae* Ioniae.

MALIENSES. Numus argenteus apud Pellerinium (R. I. Tb. 27. fg. 30.) cum ΜΑΛΙΩΝ. ΣΩΣΑΡΧΟ. est *Meli* Insulae.

Alius apud Le Blondium (B. L. T. XL. p. 90.) cum ΜΑΛΙΩΝ. ΑΤΣΑΝΙΑΣ. est pariter *Meli* Insulae.

Alius

Alius argenteus apud eumdem (ib. p. 91.) cum MAA. est *Malli* Ciliciae.

METROPOLIS. Numus argenteus inscriptus ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. soli Goltzio notus. Alter aureus, dempto magistratu, est similis aliis argenteis anepigraphis, vel inscriptis ΑΡΧΕΛΑΟΥ. Tertius aeneus in Ludovic. Numoph. p. 31. Nr. 140. proditus, si talis est, ad *Metropolim* Phrygiae spectare videtur. Certus nostrae urbis est tantum ille, quem vulgavit Sestinius in Def. Num. Vet. p. 150.

MOPSIVM. Autonomus M. Theup. p. 1284. cum ΜΟΨΕΑΤΩΝ. loco ΜΟΨΕΙΩΝ. et perperam *Mopsuestiae* Ciliciae tributus, huc pertinet.

OTHRYTAE. Autonomus unicus, sed extritus et valde deformis, in quo Eckhelius (Num. Vet. Tb. 6. fg. 15. p. 89.) vidit ΟΘ, et flammas ex ara adsurgentes, est dubiae classis, et lectionis. In alio simili et integro M. Cous. legitur ΘΗΘ, pro *Thebis* Thessaliae. *Confer Sest. Descrip. Num. Vet. p.* 151.

PAGASAE. Autonomus Goltzii (Gr. Tb. 21. fg. 1.) cum praetensa epigraphe: ΠΑΓΑΣΑΙΩΝ., si genuinus est, conspirat cum numis inscriptis ΠΑΡΙ. pro *Pario* Mysiae.

PHALANNA. Ad hanc urbem Wildius (Num. Sel. p. 75. Tb. 8. fg. 49.) diu fluctuans tandem adegit autonomum inscriptum ΙΠΠΙΑΣ, quia ait Stephanus, Phalannam olim Hippiae nomen tulisse. At hic numus est *Cymes* Aeolidis.

Autonomus argenteus hujus Phalannae, quem edidit Sestinius (Lett. T. III. Tb. 2. fg. 11.) perperam ab Eckhelio inter urbes Creticas recensetur.

PHARCADON. Numus Pellerinii (Rec. III. p. 172. Tb. 123. fg. 5.) inscriptus mendose ΑΡΚ. et perperam *Arconneso* Insulae Cariae tributus, huc pertinet.

PHARSALVS. Numus argenteus anepigraphus, quem vulgavit Combius (M. Hunt. Tb. 43. fg. 7.) est *Larissae*. In alio simili M. Cous. legitur ΛΑ.

PHERAE. Autonomus M. Pembrock (P. II. Tb. 10. fg. 10.) in quo apparet epigraphe ΕΡΥΘ. loco ΦΕΡΑ et *Erythris* Boeotiae tributus, huc pertinet —. Alius similis a Pellerinio editus (Rec. II. Tb. 72. fg. 10.) cum dubia epigraphe .. ΕΦΥ. pro *Zephyrio* Ciliciae, pariter est harum *Pherarum*.

Alius M. Caesarei (Cat. P. I. Tb. 2. fg. 9. p. 110.) cum typo Pegasi, et astri, una cum duobus supradescriptis, *Erythras* Boeotiae amandatus, sequitur eamdem sedem. Quem ipse Eckhelius (Num. Vet. p. 84. Tb. 6. fg. 10.) vulgavit sub *Thessalis*, cum epigraphe ΘΥΠ loco ΦΕ. esse *Pherarum*, docet Sestinius (Lettere T. V. p. LXV.)

PHTHIOTAE. Numi inscripti ΦΘΙΩΤΙΑΩΝ. sunt Goltziani (in Graecia).

PROERNA. PROANA. Autonomus argenteus a Pellerinio (Rec. I. Tb. 28. fg. 37.) editus cum epigraphe ΠΡΩΑΝΩΝ. est certe *Proanae* Thessaliae, Stephano memoratae, apud quem legitur et ΠΡΟΑΡΝΑ: apud Strabonem est Πρόερνα, et apud Livium pariter *Proerna*. At Eckhelius dubium movet pro sede hujus urbis a Pellerinio stabilita: Sed in Museo Cousineriano exstat numus argenteus cum *equo dimidio*, in)(ΠΡΩΑ. *intra quadrum*. Quid dicet magister noster? respondebo pro eo, utrumque esse *Proanae* Stephani, male scriptae a Strabone, Livioque.

PYTHIVM. Autonomus Pellerinii (Rec. I. Tb. 32. fg. 53.) inscriptus ΠΥΘΙΕ. et alius simillimus M. Hunt. (Tb. 44. fg. 5.) cum epigraphe ΠΥΘΙΣ. pro *Pythio*, uterque pertinet ad *Phoceam* Ioniae, ut jam probavit Sestinius (Lett. T. II. p. 7.)

THIBROS.

THIBROS. Numus apud Pell. (R. I. Tb. 26. fg. 13.) cum ΘΙΒΡΩ. eſt confictus. Similem alium vidimus in M. Couſineriano.

TRICCA. Numus, in quo Paruta legit ΤΡΙΑΚΑΛΑ. pro *Tricala* Siciliae, huc pertinet. Vera epigraphe eſt ΤΡΙΚΚΑ. vel ΤΡΙΚΚΑΙΩΝ.

INSVLAE

juxta Macedoniam et Theſſaliam.

HALONESVS. Autonomus apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 89. fg. 2.) inſcriptus ΑΛΟ. ΦΙΛΙΠ. loco ΧΑΛ. ΦΙΛΙΠ. eſt *Chalcidis* Euboeae, cui reſtitutioni auctor ipſe fere conſentit (Suppl. I. p. 63.) In aliis M. Couſ. et Ainsl. legitur ΧΑΛ. ΦΙΛΙΣ.

Alius apud eumdem (Rec. III. Tb. 123. fg. 3.) cum typo *Columbae volantis*, in averſa ΑΛ. .. *intra Lauram*, eſt potius *Sicyonis* Achajae, ut refert Seſtinius (Lett. T. V. p. 69.)

IRRHESIA. Numus Pellerinianus (Rec. III. Tb. 94. fg. 6.) cum epigraphe dubia ΙΡΡ. eſt et dubius.

PEPARETHVS. Numi Arigonii (I. Tb. 17. fgg. 164 et 165.) inſcripti ΠΕ. pro *Pegis* Atticae, huc pertinent. Eosdem numos Froelichius (Not. Elem. p. 106.) perperam *Perinthiis* Thraciae addici mavult.

Numus Goltzii: ΠΕΠΑΡΗΘΙΩΝ. cum obſcoeno viri et Centaurae typo conſpectus alibi non eſt.

SCIATHVS. In numo Claudii a Patino edito (Imp. p. 79. m.) cum epigraphe vitiata et dubia in: ΑCΚΛΗΠΙΟC. ΜΙΟΥ. ΚΙΑCΟΥ. Harduinus (Op. Sel. p. 157.) legendum eſſe arbitratur ΣΚΙΑΘΟΥ. pro noſtra Inſula. Sed quam abſurde! Apud Vaillantium epigraphe hujus numi ſtat pro ΛΟΥ. ΚΛΑΣΟΥ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ. ΑΙΓΑΕΩΝ.

LIBVRNIA.

ALVONA. Autonomus a Pellerinio (Rec. I. Tb. 11. fg. 1. pag. 73.) cum epigraphe ΘΕΙΣ. ΑΛΤΟΝ. pro *Alvona*, ſententia Seſtinii eſt potius *Thisbes* Boeotiae — Alius apud Combium (M. Hunt. Tb. 3. fg. 21.) cum ΑΛΥ. jam *Alyziae* Acarnaniae reſtitutus fuit ab Eckhelio.

IADERA. Aſpernandi ſunt hujus urbis numi promulgati a Goltzio, Ligorio, Spanhemio, aliisque ſequacibus.

TARIONA. Numus Arigonii (I. Tb. 21. fg. 207.) inſcriptus ΤΑΡΙ. pro ΠΑΡΙ. eſt *Parii* Myſiae. Froelichius (Not. Elem. p. 115.) cui Theſauri Parianorum incogniti erant, *Paros* Inſulam reſpexit.

ILLYRICVM.

AMANTIA. Numus male lectus a Wackero (Geogr. Numis. p. XXIV.) pro *Amano* Ciliciae, huc pertinet.

APOLLONIA. Numi argentei inſcripti ΑΠΟ. a Pellerinio, Wiſio, Apolloniae Thraciae tributi, huc pertinent.

Alii inſcripti ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. pro *Apollonia* Siciliae a Torremuzza promulgati, pariter ſunt *Apolloniae* Illyrici.

Imperatorius incertus cum capite Neronis apud Morellium in Ner. (Tb. 14. fg. 2.) inſcriptus ΝΕΡΩΝΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ, in)(ΝΕΡΩΝΙ. ΑΠΟΛΛΩΝ. ΚΤΙΣΗ. reſtituendus huic Apolloniae, quae in honorem Neronis, etiam *Neroniana* dicta videtur.

In imperatorio M. Aurelii ex m. modulo Vaillantius legit ΕΠΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΡΟΥΦΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. pro *Apollonia* Lyciae, ſed is numus omittitur in Indice; et in alio ſimili apud Haymium (Th. Br. I. pag. 258.) legitur СТРΑ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΡΟΥΦΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. pro noſtra Apollonia, cui conſentit Eckhelius. Sed dubia apud utrumque vera lectio, et ſedes. Numi tales, id eſt maximi moduli, regiones Aſiaticas ſapiunt.

Huic

Huic Apolloniae pariter Eckhelius adſcribit numum maximum Gallieni ex M. princ. Waldeck, cum epigraphe ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. et ΑΤΟΡΚΑ. *Scriptum infra templum 8 columnarum, in cujus aditu figura militaris ſtans*, notans: *Non dubito eſſe* ΑΤΟΡΚΑ *nomen magiſtratus in Dorico gignendi caſu.* Sed tantum dubitamus, an bene legerit, dum alii duo ſimiles et maximi moduli vulgati fuere a Bandurio (P. I. p. 188.) cum ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. ΑΤ.... in uno, et ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. ΑΤΚΙΩΝ. in altero, pro *Apollonia* Lyciae, ut videtur, cui pariter attribuit Gorius (M. Flor. T.V. Tb. 85.) alium his ſimilem, ſed cum epigraphe adulterata in ΑΠΟΛΛ ς ΝΗΙΩΝ. ΑΤΡΚΣ... et quem Holſtenius (in Not. ad Steph.) *Apolloniae* ad Rhyndacum adjudicavit, in quo ΑΠΟΛΛΩΝΗΑΡΩΝ. ΑΤCΡΚS, ab aeruſcatore imperito miſerandum in modum interpolatus eſt, loco ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. ΠΡΟC. ΡΥΝ.

Similiter apud Vaillantium cum eodem typo eſt alius numus Gallieni, ſed II. formae, inſcriptus ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. ΑΤΚΙΩΝ. et alius I. formae cum ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. ΠΡΟC. ΡΥΝΔΑΚΩ. et typo Templi 6. columnarum cum eadem figura militari. Tandem apud Haymium (Th. Br. II. Tb. 49. fg. 9. p. 386.) eſt alius Gallieni numus inſcriptus ΑΠΟΛΛΩΝΙ . . ΩΝ. et infra ΤΡ.... Κ. cum typo templi 4. colum. in quo figura dubia: ſed quid dicendum de his numis? Suntne omnes Apolloniae Lyciae, vel Myſiae, vel Illyrici? Credam potius omnes eſſe Apolloniae Lyciae.

DAORSI. Numus editus a Neumanno (II. Tb. 5. fg. 6. cum ΔΑ. conſpirat cum numis inſcriptis ΔΙ. incertae ſedis.

DYRRHACHIVM. Numi aurei ſunt Goltziani. (Graec. Vet. Tb. 1. fg. 8. et Tb. 2. fg. 1.) Argenteus apud Pellerinium (R. I. Tb. XI. fg. 8.) eſt potius Corcyrae magnae.

Numus M. Pembrock. (P. II. Tb. 79. fg. 14.) cum ΑΓΑΘΟΚΛΕ. pro Agathocle Siciliae rege, eſt Dyrrhachenus. — Alius apud Muſell. (in Add. Tb. 7. fg. 4.) cum ΣΚΥ. loco ΔΥΡ. ΣΚΥΡΘΑΝΑ. et perperam ſub Scyro Aegaei maris Inſula, eſt pariter Dyrrhachenus — Alius inſcriptus ΤΑΦΙΑΙ. ΔΥΟ. loco ΦΙΛΩΤΑ. ΔΥΡ. et a Khellio (Adp. II. p. 145.) pro numo Taphiae, unius Inſularum Teleboidum venditatus, huc pertinet.

Alius autonomus apud Combium (M. Hunt. Tb. 25. fg. 15.) inſcriptus ΔΥΡ. ΓΑΙΟΥ. et typo hinc *Capitis Dianae*, inde *Aquilae*, eſt dubiae lectionis, et claſſis. In alio ſimili legitur ΑΒΥ. ΓΑΙΟΥ. pro *Abydo* Troadis, cui conveniunt hujusmodi periſtaſes. Sed confer numum ſimilem ſine ΓΑΙΟΥ. apud Neumannum (P. II. Tb. I. fg. 9.)

HYLLIS *peninſula, et urbs Illyrici*, cui Neumannus (Pop. Num. II. p. 148. Tb. 5. fg. 5.) adjudicavit numum inſcriptum ΤΑ. cum typo Navis. Sed is eſt dubiae lectionis et claſſis. Nulla mentio apud Eckhelium in opere De Doctr. Num. Vet.

INSVLAE ILLYRICI.

CORCYRA PARVA. Numi a Froelichio aliisque huic tributi, ſunt omnes Corcyrae Magnae.

DYSCELADOS. Numi lecti ΑΥCΚΑΑ. loco ΑΥCΚΑV. *Asculo* Apuliae reſtituti fuere a Seſtinio.

ISSA. Numi hujus Inſulae inſcripti ΙC. vel ΙΣ. a variis in lucem editi, variam item fortunam experti ſunt. Pellerinius (Rec. III. Tb. 92. fg. 11.) *Hiſtiaeae* Euboeae tribuendos conjicit. Froelichius (Not. Elem. p. 90.) *Iſchiam* inſulam, vel *Iſum* Boeotiae propendet: in Tab. XXVII. Geſsneri *Iſmeno* Boeotiae tribuitur: Arigonius judicium ſuum diſſimulare ſatius duxit: Arigonius, et Neumannus numum inſcriptum ΙΣΣΑ. *Iſſam* Lesbi urbem amandavere.

Numi inſcripti ΔΙ. et non ΣΙ. ut monet Eckhelius, quorum antica eſt *capus Iovis*, in)(*Caper*, vel *Cervus*, ſunt nunc claſſis incertae; forſan ad *Dimalen* referendi ſunt urbem, cujus mentionem faciunt Thucydides, Livius, et Polybius — Similem his, cum ΔΑ. vulgavit Neumannus pro *Daorſis*. Alium anepigraphum Combius (M. Hunt. Tb.3. fg.3.) ſub Aegis Macedoniae.

PHARVS. Numus inſcriptus ΦΑ. et *Phaſelidi* Lyciae tributus a Froelichio (Not. Elem. p. 85.) huc pertinet. Arigonius numum alterum minus recte *Pſamatho* Laconiae dedit.

Eidem inſulae Pellerinius (Rec. III. Tb. 144. fg. 1.) tetradrachmum obtulit inſcriptum ΓΑΡΙΑΙΩ. ſed inconſulte. Idem numus ex eorum claſſe, qui ab Italis *medaglie Carnie* vocantur, rejiciendus in album pecuniae barbarae.

EPIRVS.

Autonomi Aurei ſunt Goltziani (Graec. Vet. Tb. 4. fg. 6 et 7.) ſed conſpirant cum numis certis argenteis.

Numus aeneus apud Pellerinium (Suppl. IV. p. 40. Tb. 3. fg. 2.) inſcriptus ΑΠ. in monogrammate pro *Patris* Achajae, Eckhelii ſententia huc pertinet.

Numus Geſs. Pop. p. 121. perperam lectus, et *Angelis* Arcadiae abſurde adſcriptus eſt ſimilis aliis inſcriptis ΑΡΓΕΑΔΗΣ, in)(ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ. ΙΕΡΕΥΣ. et quos Epiri numis Pellerinius inſeruit, ſed ſedes eorum adhuc incerta.

AORNVS. Numum aeneum mutilum huc vocat Pellerinius (Suppl. II. Tb. 8. fg. 13.) quod in eo legere ſibi viſus erat ΑΟΡΝΙΩΝ. ſed, ex ſententia Seſtinii, eſt is numus Aeropo Regi Macedoniae reſtituendus.

BVTHROTVM. Numi certi cum epigraphe Graeca nondum comperti, quia Autonomus Pellerinii (Rec. I. Tb. 12. fg. 4.) inſcriptus ΒΟΥΘΡΟ. ut apparebat, eſt *Thuriae* Meſſeniae, ut ipſe lapſum ſuum profitetur ſerius. (Suppl. I. p. 47.)

Alius argenteus a Goltzio proditus cum praetenſa epigraphe huic ΒΟΥΘΡΩΤΙΩΝ. inde ΑΤΑΙΣΚΟΣ. conſpirat cum numis Leucadis — Alius cum capite Pyrrhi, eſt pariter Goltzianus.

CASSOPE. Numus, in quo Pellerinius (Rec. III. Tb. 99. fg. 42.) legere ſibi viſus erat ΛΑΠΠΑΙΩΝ. loco ΚΑΣΣΩΠΑΙΩΝ. perperam *Lappae* Cretae eſſe ſtatuit, cujus auctoritas Eckhelio impoſuit, cum numum ſimilem, qui minus integer obtigerat, in Catalogo Muſei Caeſarei eodem referret. Reſtitutor eorumdem numorum eſt Neumannus, quem confer (P. II. pag. 162.)

CHAONIA. Numus argenteus inſcriptus ΧΑΩΝΙΑΣ. et huic Epiri parti a Goltzio datus, eſt *Crotonis* Bruttiorum, ut ex typo apparet, legendumque ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΝ. Alter: ΧΑΩΝΙΤΩΝ. eſt merx Goltziana (Graec. Tb. 3. fg. 9. 10.)

DAMASTIVM. Iam a Com. Criſtiani (Adpend. I. ad Geſn. Tb. 1. fg. 4. p. 28.) reſtitutus fuit huic *Damaſtio* numus inſcriptus ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ, loco ΔΑΜΑΣΤΙΩΝ, et quem *Damaſco* Froelichius (Cimel. Vind. I. Tb. 1. fg. 4. p. XXXIII.) perperam dedit.

Hujus claſſis eſt numus Arigonianus (Miſcel. Tb. IX.) cum epigraphe barbara, et turpiter lecta, et explicata a Lanzio (Sag. T. II. p. 120.) in ΙΝΥΟΙΙ▷ΙΙΙ. pro *Oenotherei Oenothrii*. Quam acute! Deliria, et ſomnia per noctes etruscas.

HORREVM. Numi inſcripti ΟΡΡΙ. vel ΟΡΡΕ, et huic oppido ab Eckhelio tributi, ſunt incertae ſedis. Patria eorum eſt magna Graecia. Perperam Pellerinius ſimiles numos adjudicavit incerto loco Siculo.

NICOPOLIS. Numus argenteus a Pellerinio (Rec. I. Tb. 12. fg. 11. p. 82.) vulgatus cum mono-

monogrammate NK. quod is in NIK. resolvit, est potius *Cyrenes.*

Aeneus, qui eadem Tabula sub fg. 13. exhibetur, est *Epidauri* Argolidis.

OMPHALE. Autonomus ΩΜΦΑΛΙΤΩΝ. apud solum Goltzium.

ORICVS. Numus Froelichii (Not. Elem. pag. 105.) cum epigraphe dubia, est *Mileti* Ioniae.

Alius aeneus III. formae apud Arigonium (Gr. Num. Tb. 16. fg. 161.) in quo OPT. *Botrus*, in)(*Bos stans*, superne *clava*, quem ad *Oricum* retulit editor, Froelichio (Not. Elem. p. 105.) est forsan *Orycis* Peloponnesi: Sed ambo imperite: nam is numus male lectus loco ETBO. ad *Euboeam* pertinet. Similes vide apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 92. fg. 3.) et Combium (M. Hunt. p. 141. Nr. 8.)

PHOENICE, vel PHOENICAPE. Numi Imperatorii Neronis, et Trajani inscripti ΦΟΙΝΕΙΚΕΩΝ. vel similiter, a Vaillantio, aliisque pro moneta a Phoeniciis communi gentis nomine crediti, huic urbi restituti fuerunt ab Eckhelio.

THESPROTIA *pars Epiri.* Nomen ΘΕΣΠΡΩΤΙΩΝ. reperitur tantum in numis regis Pyrrhi a Goltzio editis (M. Gr. vel Sic. Tb. 5. fg. 1 et 2.)

REGES EPIRI.

NEOPTOLEMVS. Numi hujus regis jam comperti erant, sed diversimode lecti et explicati ab Haymio, qui legit ΕΤΠΟΛΕΜΟΤ. loco ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΤ. (M. Br. II. Tb. 7. fg. 7. p. 78.) *Confer Sestinii (Lett. T. V. p. 64.)*

PYRRHVS. Numi Goltziani aspernandi, nec non numus argenteus max. mod. M. Theup. pag. 1209. inscriptus ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΠΤΡΡΟΤ. ΗΠΕΙΡΩΤ. At numi hujus regis ex omni metallo in Sicilia obvii; minus frequenter per Epiri partes inveniuntur.

ALEXANDER II. Numi hujus regis variam fortunam experti sunt, et tributi fuere secundum varia antiquariorum judicia jam Alexandro Magno, jam ejus nominis Cassandri filio, jam Alexandro Syriae, jam Ptolemaeo IX. Alexandro Aegypti regi. Sed Pellerinius (Rois. p. 31.) timide huic regi, Eckhelius confidenter eos restituit.

Huic regi pariter convenire potest numus ille argenteus cum B. A. et typo Elephanti, quem Sestinius inter incertos seposuit (Lett. T. III. Tb. 3. fg. 10.)

PTOLEMAEVS. Numi apud Pellerinium inscripti ΠΤΟΛΕΜΑΙ. pro *Ptolemaide* Cyrenaicae, huic regi restituti fuerunt ab eodem Eckhelio, qui olim alios similes M. Caesarei in agmine incertorum Ptolemaeorum Aegypti recensuit. Pariter ejusdem regis est numus M. Hunt. p. 242. Nr. 1.

MOSTIS. Sedes numorum hujus regis nondum aeque stabilita. Opinio Froelichii stat pro Epiro, Pellerinii pro Dalmatia, Sestinii pro Thracia.

CORCYRA.

Divitiae Corcyraeorum a prodigis eruditis male sparsae per varias orbis Numismatici regiones, nunc bona parsimonia ab aliis adhibita, in proprium aerarium immissae, perpetuo jacebunt. Et primum illae cum *typo Pegasi*, id est numus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 19. fg. 12.) sub Corintho — Apud eumdem (Rec. III. Tb. 115. fg. 13.) inter ignotos exhibitus — Apud Pembrockium (P. II. Tb. 3. fg. 8.) sub *Agrigento* Siciliae — Apud Spanhemium (Differ. VIII. p. 533.) *Theronis* honori dedicatus ab Agrigentinis — Apud Begerum (Th. Br. T. I. p. 435.) *Paro* Insulae adscriptus — Apud eumdem (ib. p. 442.) *Theae* Corinthiorum Coloniae tributus.

Cum *Capite Bovis* — Apud Goltzium (Af. Tb. 1. fg. 3 et 4. p. 298.) et Harduinum (Num. Pop. p. 99.) *Macrocephalis* Ponti —

Apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 8. fg. 22.) *Crotoni* Bruttiorum tribuitur vel mutata mente (Suppl. I. p. 66.) in classem ignotorum rejectus — Apud eumdem (Suppl. III. Tb. 5. fg. 7.) sub *Olbasa* Pisidiae — Apud Pembrockium (P. II. Tb. 19. fg. 10.) Lycopolitis Aegypti — Apud Khellium (Adp. alt. ad Gess. p. 159.) pro *Phaesto*, et *Creta* in concordia male venditatus.

Cum typo *Navis.* Apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 93. fg. 3.) cum ΘΗΡΑ. pro *Thera* Insula — Apud eumdem (Rec. III. Tb. 117. fg. 2.) pro *Solis* Cypri — Etiam apud eumdem (Suppl. III. Tb. 3. fg. 9.) ejusque sequaces pro *Siri* Lucaniae.

Cum typo *Botri.* Apud Goltzium (Ins. Tb. 22. fgg. 5 — 7.) sub *Co* Insula — Apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 102. fg. 8.) sub *Solis* Cypri.

Alii cum typis variis — Numus apud Mazzocchium (Tab. Heracl. p. 528.) cum ΑΓΡΕΤϹ, et non ΑΤΡΕΤϹ et male pro *Hadria* Piceni habitus, adplaudente Paschale Magnonio (Diss. de Paesti origine) huc spectat — Iacobus de Barry numum similem *Petrae* Arabiae, quae *Agra* olim vocabatur, adscripsit. (Reland. Palaest. illus. p. 689.)

Numus argenteus solis literis ΚΟΡ. regi *Monunio* ab auctore M. Theup. p. 1203. tributus, ad nostram *Corcyram* pertinet.

Numi a Froelichio adjudicati Corcyrae parvae, cui consentit Neumannus, sunt omnes Corcyrae Magnae.

Aureus est Goltzianus, at genuinus, si esset argenteus. (In Ins. Gr. Tb. 1. fg. 5.)

Numi M. Antonii et Octaviae, sunt Antonomi, in quibus nomina Antonii, et Octaviae addita fuere a quodam falsario.

PYTHONIA. Autonomus inscriptus ΠΥΤΙ. pro ΠΑΡΙ. huic Insulae ab Haymio tributus (Th. Br. T. II. p. 170. Tb. 19. fg. 9.) est potius *Parii* Mysiae.

ACARNANIA.

Autonomi aenei, universae regionis nomine, a solo Goltzio conspecti. Ille argenteus M. Caes. cum epigraphe mutila hinc: ΑΝ.... ΡΙΩΝ. loco ΑΙΣΧΡΙΩΝ ΑΙΣΧΡΙΩΝΟΣ, inde ΑΚΑΡΝΑΝΩΝ et olim *Anactorio* ab Eckhelio tributus (Num. Vet. p. 109. Tb. 7. fg. 16.) pertinet ad *Acarnanes*, ut ipse nunc monet (Doctr. Num. Vet. P. I. Vol. II. p. 185.)

ACTIVM. Numus aeneus a Goltzio (Graec. Tb. 6. fg. 10.) vulgatus cum epigraphe ΑΚΤΙΩΝ. loco ΛΥΤΤΙΩΝ, est *Lycti* Cretae.

Alii argentei eadem Tab. sub fgg. 7 — 9. exhibiti, ejusdem *Lycti* sunt.

Ille apud Paciaudum (Animad. phil. p. 85.) cum ΑΚΤΙΕΩΝ. loco ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ, est *Chalcidis* Euboeae.

AENEIA. Numi inscripti ΑΙΝΙΑΝΩΝ. apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 13. fg. 2. et 3.) sunt potius *Aenianensium* Thessaliae.

ALYZIA. Autonomus a Combio (M. Hunt. Tb. 3. fg. 21.) cum ΑΛΥ. pro *Alvona* Liburniae, huc amandatus fuit ab Eckhelio (Doct. N. V. Vol. II. p. 185.) Huc pertinet numus, argumenti Coloniarum Corinthi, a Paruta (Tb. 111.) *Alaesae* tributus.

ANACTORIVM. Numus olim editus ab Eckhelio (Num. Vet. p. 109. Tb. 7. fg. 16.) cum epigraphe mutila in adversa: ΑΝ.... ΡΙΩΝ, in)(ΑΚΑΡΝΑΝΩΝ, ad Commune Acarnanum spectat, ut supra diximus.

Numus a Gesnero ex M. Pfau recitatus cum epigraphe ΝΑΚΤΟΡΙΝΩΝ, est hujus Anactorii. Nulla urbs *Nactorii* nomine cognita est. Confer *Eckhelium l. c.* p. 185.

AMPHILOCHIVM et ARGOS AMPHILOCHIVM. Numi inscripti plene ΑΜΦΙΛΟΧΙΩΝ. sunt Goltziani, sed ille cum typis *Palladis*, et *Pegasi* genuinus, si esset inscriptus tantum ΑΜΦΙ.

Numus

Numus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 20. fg. 6.) recte *Argis* Argolidis tributus, mutata mente (Suppl. I. p. 48.) *Argis* Amphilochicis adscribitur, sed inconsulte.

Alius apud eumdem (ib. Tb. 34. fg. 9.) male lectus pro *Panticapaeo*, indeque huc perperam revocatus (Suppl. I. p. 48.) restituendus pariter *Argis* Argolidis.

Numi inscripti ΑΡΓΕΙ. et ΑΜΦΙ. cum typis Coloniarum Corinthi, quos Paruta numis Syracusarum Siciliae intulit, pertinent ad hanc classem.

Numulus argenteus apud Combium (M. Hunt. Tb. 7. fg. 9.) cum epigraphe ΑΡ. sed manca, est *Artemisii* Euboeae.

HERACLEA. Pellerinius (Rec. I. Tb. 13. fg. 8 et 9.) tribuit huic urbi nonnullos aeneos inscriptos ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ. Eosdem serius rursus ademit, et revocavit Heracleam Lucaniae (Suppl. III. p. 85. Tb. 3. fg. 6.) Similem vulgavit Combius (M. Hunt. pag 149. Nr. 3.) sed uterque perperam. Quos nos vidimus, et adquisivimus, semper ex Caria habuimus, et urbi Heracleae hujus provinciae tribuimus. Ejusdem classis est alius cum typo Pegasi a Combio proditus (M. Hunt. Tb. 29. fg. 7.) sed certior hujus Heracleae Acarnaniae est ille (M. Hunt. Tb. 29. fg. 6.) Similis editus jam fuit a Froelichio (Cim. Vind. I. 8. 6.) et ab Eckhelio sub Heraclea Lucaniae. (Cat. M. Vind. I. p. 33. Nr. 11.)

LEVCAS. Numus aeneus a Gesnero ex M. Pfau vulgatus (Tb. 60. fg. 24*) et inscriptus ΣΕΛΕΥΚ. pro *Seleucia* Syriae, est *Leucadis*. Lege ΛΕΥΚ. in segmento, et in area ΣΕ.

OENIADAE. Numus anepigraphus a Gesn. (Tb. 1. fg. 15.) proditus sub Agyrio Siciliae ex Musellio (Num. Pop. Suppl. Tb. 1. Nr. 3.) huc pertinet.

THYRREVM. Autonomus, in quo Combius (M. Hunt. p. 335. Tb. 60. fg. 6.) legit hinc: ΕΠΙ..Μ.. Τ..ΑΑΙ. inde ΓΡΙΠΕΝΟ. pro ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΩΝ, et perperam huic urbi adscriptus, jam Themenothyrae Lydiae restitutus fuit a Sestinio. (Lett. T. V. p. LVI.)

TAPHIAS. Autonomus argenteus apud Pellerinium (R. III. Tb. 113. fg. 3.) inscriptus ΤΑΦΑΙ. non aeque abludit a vera orthographia ΤΑΦΙΑΙ. sed forsan ipse Pellerinius negligenter legit.

Numus Khellii (Adp. alt. p. 145. Tb. 3. fg. 8.) cum epigraphe ΤΑΦΙΑΙ. ΔΥΟ. est Dyrrhachenus. In alio integerrimo apud Eckhelium (Num. Vet. p. 96. Tb. 6. fg. 24.) legitur ΦΙΛΩΤΑ. ΔΥΡ.

Alius cum ΤΑ. a Combio vulgatus (M. Hunt. Tb. 55. fg. 2.) est Tanagrae Boeotiae.

AETOLIA.

Autonomus, universae gentis nomine, in quo Combius (M. Hunt. p. 16. Nr. 12.) erronee legit ΑΙΤΩ. ΑΡΣΕΩΝ. loco ΑΜΦΙΣΣΕΩΝ, est *Amphissae* Locrorum.

AEGITIVM. Imperatorius Plautillae inscriptus ΑΙΓΑΙΑΤΩΝ. vel ΑΙΓΕΙΑΤΩΝ. loco ΑΙΓΕΙΡΑΤΩΝ, urbi cuidam Aetoliae tributus, et timide Eckhelius Aegas Achajae respiciens, jam Aegirae ejusdem Achajae restitutus fuit a Sestinio (Lett. T. V. p. XIX.)

CALYDON. Autonomus: ΚΑΛΥΔΩΝΙΩΝ. ΠΡΟΔΙΚΟΣ. ΠΑΛΑΜΗΔΟΥ. est merx Goltziana.

HYPATA. Numus, quem affert Harduinus (Oper. Sel. p. 178.) ex M. regio cum epigraphe ΥΠΑΤΙΩΝ. vel ΥΠΑΤΕΩΝ. est iniquae lectionis, et sedis. In numo Mytilenes apud Combium (Tb. 39. fg. 3.) legitur. ... ΤΡ..ΙΩ. et probabiliter pertinere potest ad illam classem, nisi sit male lectus ΥΠΑΤΙΩΝ. loco ΣΤΡΑΤΙΩΝ. sed quis comprobabit?

Imperatorius Faustinae Iun. quem recitat Gusseme Diccion. T. IV. p. 109. cum epigraphe ΥΠΑΤΗΝΩΝ. loco ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ, est Hypaepae Lydiae.

LYSIMACHIA. Numus apud Combium (M. H. Tb. 34. fg. 3.) cum typo Coloniarum Corinthi, et cum ΛΥΣΙ. pro hac Lysimachia, est potius Anactorii, pro solito AN. in monogrammate.

MEDION. Numus ab Harduino (Oper. Sel. p. 104.) lectus ΜΕΔΙΩΝ. loco ΜΕ. ΔΙΩΝ. est Messenes Peloponnesi.

NAVPACTVS. Argenteus plene inscriptus ΝΑΥΠΑΚΤΙΩΝ. est Goltzianus — Didrachmum argumenti Corinthii, et inscriptum ΝΑΥ. ediderunt Pellerinius (Lettres Tb. 4. fg. 7.) et Combius (M. Hunt. Tb. 39. fg. 8.) sed in aliis loco ΝΑΥ. legitur ΝΥΣ. ΚΛΕ. &c. et monogramma constans AN. stat pro Anactorio.

PAMPHIVM. Numus inscriptus ΠΑΜΦΑΗΣ. a Khellio (Adp. alt. p. 105. Tb. 2. fg. 13.) huic urbi donatus, *Argos* Argolidis referendus.

LOCRIS.

LOCRI OZOLAE. Numi a Pellerinio (Rec. I. Tb. 14. fg. 4. 5. et 6.) his Ozolis attributi, vel Locrorum Italiae, vel Epicnemidiorum sunt. Alius aeneus eadem Tab. fg. 7. exhibetur, in quo perperam legit ΓΡΑΝΙΟ.... ΛΟΚΡΩΝ. sed is numus est *Vranopolis* Macedoniae, cui jam restitutus fuit ab Eckhelio, qui in alio legit ΟΥΡΑΝΙΑΣ. ΠΟΛΕΩΣ. sed in multis aliis similibus legitur ΟΥΡΑΝΙΔΩΝ. ΠΟΛΕΩΣ.

LOCRI EPICNEMIDII. Numi inscripti ΕΠΙ. cum typo Coloniarum Corinthi a Combio vulgati (M. Hunt. p. 137. Nr. 1. et 2.) sunt potius *Anactorii* Acarnaniae pro solito monogrammate AN. et ANA.

OPVNTII EPICNEMIDII. Numus a Pellerinio (Rec. III. Tb. 117. fg. 7.) editus in agmine incertorum, et in quo legitur hinc ΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣ, inde ΟΠΟΥΝ. ΕΠΙ. ΠΑ.... ΚΛΑΥΔΙΟΥ. restitutus fuit a Sestinio (Des. Num. Vet. p. 170.) exemplo alterius numi, cuius vera epigraphe est ΟΠΟΥΝΤΙΩΝ. ΕΠΙΚΝΑΜΙΔΙΩΝ.

Numi apud Combium (M. Hunt. p. 176. Nr. 1. 2. 3. 6. et 7.) vel cum typis Coloniarum Corinthi, vel Locrorum in genere, sunt omnes Locrorum Epizephyriorum: sed vera sedes numorum cum ΛΟΚΡΩΝ. nondum bene stabilita in multis aliis.

AMPHISSA. Iam restitutus fuit a Sestinio ille numus, in quo Combius legit: ΑΙΤΩ. ΑΡΣΕΩΝ. pro ΑΜΦΙΣΣΕΩΝ, ut sub Aetolia notatum fuit.

AXIA. Numi inscripti ΑΞ. cum typo fulminis alati, vel tripodis, incerti sunt pro hac Axia, vel pro illa Italiae: sunt potius Axi Cretae.

HALCYONE. Numus Claudii apud Harduinum (Oper. Sel. p. 13.) cum epigraphe ΒΑΛΒΟΣ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ. ΑΛΚ. pro ΑΛΚΥΟΝΙΩΝ. est ridiculae, et insulsae interpretationis, et classis, dum equidem ignorare is non poterat, similes numos esse Bithynicos.

PHOCIS.

DELPHI. Complures autonomi ex omni metallo inscripti ΔΕΛΦΩΝ. et ΔΕΛΦΟΥ. editi fuere a Goltzio, sed nonnulli ab eo conficti, alii vero male lecti, vel turbati: Et primum numus aureus Tb. 8. fg. 5. in cujus adversa *Caput Apollinis*)(*Lyra*, est *Chalcidis* Euboeae. Similem edidit Eckhelius (Num. Vet. p. 161. Tb. 10. fg. 19.) — Alius argenteus (ib. fg. 6.) cum iisdem typis conspirat cum numis ejusdem Chalcidis — Alius argenteus (ib. fg. 7.) in cuius adversa *Caput Apollinis*)(Caput *Bovis*, est Phocidis — Aeneus (ib. fg. 8.) in cujus adversa: *Caput Iovis laureatum*)(

ΕΥΡΗ.

ΕΥΡΗ. ΑΔΕΛΦΩΝ. ΔΗΜΟΣ. pro ΕΞΡ. ΑΔΕΛΦΩΝ. ΔΗΜΩΝ. *fulmen*, eſt Syriae notus — Alius aeneus (ib. fg 10.) in cujus adverſa *Apis*)(*Caput Hirci Cretenſis*, conſpirat cum alio ſimili a Pellerinio edito ſub *Elyro* Cretae. Vid. Rec. III. Tb. 98. fg. 20.

Analogia aliorum numorum difficilis, ob id ſuspicari confidenter poſſumus, hos a Goltzio eſſe confictos.

Argenteus editus a Frid. Witzleben (Num. Graec. ined.) cum ΑΕ. in monogrammate *Capra*)(*quadratum incuſum*, et a Froelichio adprobatus, eſt potius Aegarum Macedoniae, niſi incertae claſſis.

Autonomum unicum certum edidit Seſtinius (Def. Num. Vet. p. 171.) et alium Pellerinius, ſed inſcriptum ΑΜΦΙΚΤΙΟ. et probabiliter auctoritate Amphictyonum ſignatum.

HYLA. Autonomus aureus a Begero (Th. Br. I. p. 468.) editus cum epigraphe ΥΛΑΙΤ. et ex eo Geſsn. (Num. Pop. Tb. 81. fg. 25. p. 345.) reſtitutus fuit Heracleae Lucaniae ab Eckhelio Num. Vet. p. 36.

PHANOTE. Imperatorius Sabinae apud Haym. (II. p. 213. Tb. 8. fg. 11.) cum epigraphe vitiata, et dubia ΦΑΝΩΤΩΝ. loco ΜΑΛΛΩΤΩΝ. eſt *Malli* Ciliciae. Reſtituit hunc numum Seſtinius.

BOEOTIA.

Autonomi, diſſimulato regionis nomine, ſed ſolo magiſtratus nomine inſcripti, variis urbibus, libidine Antiquariorum adſcripti fuere: videlicet A Goltzio (Gr. Tb. 17. fg. 4.) numus inſcriptus ΦΑΣΤ. *Faſtiae* urbi ignotae: *Phaeſto* Cretae a Guſſeme Diccion. T. V. pag. 408. Nr. 1. — Ab Harduino, et Froelichio numus cum ΕΥΦΑΡΑ. *Eufarae* urbi ignotae. — A Froelichio alius cum ΕΡΧ. *Erchiae* Atticae — Ab Harduino alius cum ΙΣΜΕΝ. *Iſmenae* Boeotiae — Ab auctore M. Theupoli numus cum ΚΑΛΛΙ.... *Callipoli* Thraciae — A variis numus inſcriptus ΦΙΔΟ. *Phidoni* Regi tributus fuit.

Numus aeneus M. Pembrock. (P. 11. Tb. 37. fg. 10.) cum ΒΟΙΩΤΙ et typo Gryphi, eſt Phoceae Ioniae.

Numi anepigraphi apud Combium (M. Hunt. Tb. XIII. fg. 8. et 9.) Magnam Graeciam ſapiunt.

ANTHEDON. Aeneus ΑΝΘΗΔΟΝΙΩΝ. apud ſolum Goltzium (in Graec. Tb. 18. Nr. 1.)

AONITAE. Numus ex M. le Bret inſcriptus ΑΟΝΙΤΩΝ et alius ex M. Wizleben (Num. Graec. p. 67.) lectus ΑΟΡ. loco ΑΟΝ. uterque nobis inconſpectus, et dubiae lectionis.

CITHAERON. Numus aeneus editus a Pellerinio (Rec. I. Tb. 25. fg. 28.) cum epigraphe ΚΙΘ. loco ΚΡΟ. eſt Crotonis Bruttiorum. Pugna Pellerinii contra Eckhelium futilis pro Cithaerone.

COPAE. Imperatorius Veſpaſiani inſcriptus ΚΩΠΑΙΩΝ, et *Copis* tributus a Triſtano (Comment. hiſt. T. I. p. 185.) eſt potius *Pagarum* Atticae: Legendum ΠΑΓΑΙΩΝ. ſic ſuſpicatur Eckhelius.

DELIVM. Numus aeneus inſcriptus ΔΗ. ΤΑ. ab Eckhelio (Doctr. Num. Vet. P. I. Vol. II. p. 198.) huic urbi tributus, eſt potius Tanagrae, ut monet Seſtinius (Deſcrip. Num. Vet. pag. 174.)

ERYTHRAE. Numi inſcripti ΕΡΥΘ. loco ΦΕΡΑ. ſunt Pherarum Theſſaliae, ut in his dictum.

Numi argentei, quos ad has Boeotiae Erythras antiquarii vocaverunt cum capite Herculis, eiusque in averſa attributis, et cum epigraphe ΕΡΥ. ſunt Erythrarum Ioniae.

EYFARA. Male huc retulerunt Harduinus (Oper. Sel. p. 56.) et Froelichius (Not. Elem.

Elem. p. 83.) numum inſcriptum ΕΤΓΑΡΑ, quem eſſe Boeoticum, jam omnibus patet.

HARMA. Huic a Goltzio (Tb. 17. fgg. 7 — 10. p. 99.) tribuuntur argentei cum typo Palladis, et Pegaſi, propter adſcriptum ΑΡ. vel ΑΡΜ. ſed hi numi, propter argumentum Corinthium, Syracuſarum ſunt.

HILESIVM. Huic Boeotiae oppido Bandurius (T. I. p. 122.) largitur numum male lectum ΔΙΑΤΜΑΙΩΝ. ΕΙΛΗΣΙΩΝ. quem eſſe *Mileti* Ioniae, jam docuit Eckhelius.

HYRESIA. Huic urbi numum inſcriptum ΤΡΕ. tribuit Oderic. (Num. Graec p. 63.) quem Begerus (Th. Br. I. p. 287.) pro *Aura Phidola equa* nobis venditavit; et quem Havercampus (Theſ. Morell. I. p. 64.) *Hyriae* Aeolidis adſcripſit, ſed omnes inconſulte, pro alio ſimili nuper edito ab Eckhelio (Syll. I. Tb. 7. fg. 6.) in quo legitur ΠΥΡϱυ ΒΑϲιλεως, atque recte Auctor conjecit eſſe Pyrrhi Regis. Alium pro M. Ainslieano inſcriptum Β. ΠΥΡΡΟΥ. ego ipſe inveni.

ISMENE. Autonomus M. Caeſ. ab Eckhelio editus (Num. Vet. p. 113.) cum epigraphe dubia, dubius adhuc eſt — Alius apud Geſsn. (Num. Pop. Tb. 27. fg. 1* p. 267.) ex M. Pfau cum ΙΣ. retrograde, eſt Iſſae Inſulae maris Adriatici — Imperatorius Commodi inſcriptus ΙΣΜΕΝΕΙΩΝ. ſoli Harduino notus.

ISVS. Numus, in quo ΙΣ. et Capra, a nonnullis huic urbi tributus, eſt Iſſae inſulae — Alius cum ΙΣΙΝΩΝ. et typo Equitis apud Arigonium (Tb. 45. Nr. 115.) et ex eo Geſsn. Num. Pop. p. 267.) et Froelich. (Not. Elem. p. 90.) eſt pravae lectionis pro hac urbe.

LARYMNA, vel LARYMNA SALGANEVS. Neumannus (Pop. Num. II. Tb. 7. fg. 1.) edidit numum, in quo legens ΛΑ. ΣΑ. Larymnae Salganeo urbibus Boeotiae attribuit. Eodem tempore reſtituit alium ſimilem inſcriptum tantum ΛΑ. et quem Pellerinius (Rec. I. Tb. 19. fg. 4. Lacedaemonibus dedit. Verum impugnata a Seſtinio hac ſede, Eckhelius (Doctr. Num. Vet. Vol. II. pag. 200.) pro Larymna tantum manet. Tandem Seſtinius in aliis ſimilibus numis legens ΣΑΛΑ. uno verbo, ad *Salamina* Inſulam eos revocavit, ad quam pertinet alius numus his ſimilis, quem a Cl. Raſche ex Glock. Num. p. 27. numis Laconum intulit ſub Nr. 49.

PELECANIA. Huic loco obſcuro Pellerinius (Rec. I. Tb. 25. fg. 29.) tribuit numum inſcriptum ſuperne ΠΕΛΕΚ. inferne ΑΝ. legens ΠΕΛΕΚΑΝ. ſed is eſt certe Pellae Macedoniae, in cujus ſimilibus legitur ſuperne ΠΕΛ. et ΕΚ. in monogrammate, inferne ΛΗΣ. pro ΠΕΛΛΗΣ.

TANAGRA. Numus inſcriptus TA. a Geſsn. (Num Pop. p. 346.) ex M. Wakiano p. 184. citatus, et Tabae Cariae tributus, pertinet ad Tanagram, cujus urbis eſt alius ſimilis editus a Combio (M. Hunt. Tb. 55. fg. 2.) ſub Taphia Inſula.

Alius inſcriptus ΔΗ. ΤΑ. pro ΔΗλιων ΤΑναγϱαιων, quem Eckhelius Delio dat, eſt potius Tanagrae. *Confer. Seſtin. Deſcrip. Num. Vet. p. 174.)*

Autonomus M. Arigonii, et alius M. Muſellii cum ΤΑΝΑΓΡΙΤΩΝ loco ΦΑΝΑΓΟΡΙΤΩΝ. reſtituendus uterque Phanagoriae Ponti.

Numus cum capite Germanici, ſed ſine epigraphe in Antica a Pellerinio editus (Lettres II. Tb. 2. fg. 4.) eſt potius Trajani.

THEBAE. Numus Goltzii cum additis literis ΘΕ. in antica, ſed in averſa recte ΚΕΤΡΙΠΟΡΙΟΣ. his Thebis adſcriptus, et confirmatus ab Eckhelio, eſt potius Thaſi Inſulae. *Conf. Seſt. Deſ. Num. Vet. p. 175.*

Numi, in quorum area eſt Ɦ jam Thebis, jam Thyreae Argolidis a variis varie adjudicati, ſunt dubiae claſſis.

THE-

THESPIAE. Numus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 25. fg. 27.) cum typo tripodis et dubia epigraphe ΕΤΘΥΜΕ. eſt dubius pro hac ſede. Forſan ad quampiam Lyciae urbem pertinere poteſt.

Imperatorius Trajani ex M. Theup. p. 868. cum epigraphe vitiata in antica, eſt potius Domitiani. Similem deſcripſit Seſtinius ex M. Bracciano, nunc Vaticano.

THISBE. Referendos huc cenſet Seſtinius binos numos, quorum unum inſcriptum ΘΕΙΣ. ΛΛΤΟΝ. edidit Pellerinius (Rec. I. Tb. XI. fg. 1.) pro *Alvona* Liburniae, alterum inſcriptum ΛΑΑΝ. ΘΕ.... produxit Combius (M. Hunt. Tb. 59. fg. 6.) pro *Thebis* Boeotiae.

ATTICA.

ATHENAE. *Moneta Aurea.* Si canones numismatici non fallunt, haec urbs nullos flavit numos aureos: ſed libidine antiquariorum proditi fuere varii, inter quos Pellerinius (Rec. I. Tb. 22. fgg. 1 et 2.) binos aureos produxit, quorum unus anepigraphus cum typo caprae et noctuae, nullum certum criterium offert, alter cum capite Palladis, et noctuae et ΣΩ. eſt Tarentinus, ut ipſe Pellerinius ſententiae ſuae coepit diffidere ſerius. (Suppl. III. p. 60.)

Spanhemius ſe ejus complures aureos in variis muſeis vidiſſe teſtatur. Sed pro hac adſertione nulla ei fides.

Nuper Combius in Catalogo M. Hunteriani (Tb. 8. fg. 6.) aureum edidit ſimilem illis copioſis argenteis antiquioris formae, de cujus fide dubitare fas ſit, tamquam ex Donario regio talis numus praedicetur.

Denique et Winckelmannus Athenienſium aureum in muſeo Farneſiano ſe vidiſſe adfirmavit: Adfirmamus et nos hunc eſſe ſpurium.

Moneta argentea.

Summae antiquitatis argenteum ſe nobis exhibere putant Guarnaccius (Orig. Ital. T. II. Tb. 8.) et Maffejus (Oſſerv. Lett. T. V. p. 273. et in Veron. illus. p. 259.) qui tamen aliud non eſt quam barbarus quidam abortus, ut literae barbarae adfatim docent.

Numus Goltzianus inſcriptus ΕΘ. loco ΑΘΕ. et perperam Ethneſtis Theſſaliae tributus, eſt unus ex Athenienſium obviis. Whelerus in alio ſimili male vidit ΕΘ. pro ΕΘΝΕΣΤΑΙΩΝ.

Alius apud Haymium (Th. Br. II. p. 76. Tb. 7. fg. 6.) et ex eo Froelich. (Not. Elem. p. 239.) cum capite Epicuri philoſophi, in)(ΑΘ.... et duo piſces, eſt Thaſi Inſulae: In aliis ſimilibus eſt Caput Bacchi, cum epigraphe ΘΑΣΙ. *Confer Seſtin. Lett. T. V. p. LV.*

Numus alius argenteus ab Haymio productus ſub Athenis, (Th. Br. I. Tb. 20. fg. 3.) cum epigraphe ΑΘ.... ΚΤΙΣΤΗΣ. ΤΑΡ. eſt Tarentinus, ut et alius inſcriptus ΤΑΡ. ΑΘΗ. (ib. fg. 1.)

Alius a Combio (M. Hunt. Tb. 29. fg. 27.) editus cum ϜΗΡΑΚΛΗΤΟΣ. pro Heraclea Lucaniae, eſt pariter Tarentinus.

Alii M. Pembr. (P. II. Tb. 46. fgg. 2 et 3.) ſunt etiam Tarentini.

Apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 22. fg. 3.) eſt numus inſcriptus ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. cum typo Noctuae, quem Demetrio Poliorcetae ab Athenienſibus dedicatum eſſe ipſe Pellerinius conjicit, ſed quem eſſe Piraeae Ponti, in hac dicetur.

Alius M. Pembr. (P. II. Tb. 48. fg. 3.) cum ΑΘΗΝΙΑΣ. et cum typis Lyrae, et Gryphi, eſt Teiorum Ioniae.

Moneta aenea.

Numus Goltzianus (M. Gr. Tb. 15. fg. 28.) cum ΑΘΕ. loco ΤΙΑΤΙ. et typo Noctuae vertici

vertici columnae insistentis, est quincunx Teatinorum.

Alius apud Haymium (Th. Br. I. Tb. 19. fg. 5. p. 211.) cum epigraphe dubia in antica, in)(ΠΑ. ΑΘ. ΣΘ. et Capra jacens, Aegis Ciliciae jure restitutus fuit ab Eckhelio.

Idem Eckhelius ad Athenas refert numulum olim editum (Num. Vet. Tb. 12. fg. 6.) cum epigraphe ΕΦΕ. pro Epheso Ioniae, loco ΑΘΕ. (Doctr. Num. Vet. Vol. II. p. 219.)

Numus Pellerinii (Suppl. III. Tb. 5. fg. 8.) inscriptus ΙΛΗΑ. pro *Hileia* Mesopotamiae, loco ΑΘΗ. ut in aliis, huc refertur ab ipso Pellerinio, ut notat in Indice III. et IV. Suppl. p. 131.

Alius apud Haymium (Th. Br. I. Tb. 19. fg. 6.) et M. Pembrock. (II. Tb. 21. fg. 1.) cum ΜΕΛΗΤΟΠΟΛ.... est Miletopolis Mysiae, et vera scriptura est ΜΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ. Perperam in Catalogis, et Lexicis numismaticis laudatur uterque numus sub Miletopoli Atticae.

Alius M. Pembr. (P. II. Tb. 48. fg. 11.) cum S. C. et Noctua, male inlatus pro moneta Atheniensium.

Numi inscripti ΑΘΗΝΑΣ. ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ. et in his fere constans monogramma ΠΕΡΓ., sunt potius Pergami signati quam Athenis.

Comes Winchilsea in variis capitibus galeatis sui musei Periclem, Aspasiam, Aristidem, Cimonem, Themistoclem, Phaedram, Callistenem vidit, quam sententiam jam improbavit Corsinius (Fast. Att. T. II. p. 247.) sed in omnibus est Caput Palladis.

Imperatorii.

Numus cum capite Liviae, quem edidit Corsinius ex M. Trombelii Bonon. est fraudis recentis opus: eiusdem farinae sunt multi alii similes argentei, qui exstant in pluribus museis Italicis — Numus Vespasiani editus a Vaillantio cum ΕΠΙ. ΑΤΕΛΙΑΝΟΥ. ΑΘΗΝΑΙΩΝ. male lectus videtur, et forsan loco ΑΙΓΑΕΩΝ — Qui adhuc citantur cum capite Aurelii et Commodi, nempe numi concordiae Athenienses inter et Smyrnaeos, sunt Smyrnae signati.

ANAPHLYSTVS. Autonomus aeneus a Goltzio (in Graecia Tb. 15. fg. 1.) cum epigraphe ΑΝΑΦΛΥΣ. et cum typis *Capitis Apollinis*, et *Pegasi volantis*, si genuinus est, haud dubie huc pertinet. Alter argenteus, quem ibi conjungit, et cujus similis etiam a Comite Winchilsea (Haym. Th. Br. I. p. 218.) huc fertur cum capite Palladis, et Pegaso addito ΑΝΑ, Syracusarum numus est cum mentione Anactorii.

AZETINI. Numi inscripti ΑΖΕΤΙΝ, vel ΑΖΕΤΙΝΩΝ. in magna Graecia reperiuntur, sed lucem adhuc desiderant.

COPHOS, seu CYPHOS. Autonomus argenteus, in quo Froelichius (Not. Elem. p. 94.) legit ΚΟΥΦΩΝΙΟΝ. loco ΚΟΛΦΩΝΙΟΝ. vel ΚΟΛΟΦΩΝΙΟΝ. est Colophonis Ioniae. Sed in Cim. Vind. I. Tb. 9. fg. 6. p. 38. suspicatur altero errore, hunc numum *Cuphae* Babyloniae restituendum esse.

ERADAE. Pellerinius (Rec. I. Tb. 23. fg. 22.) edidit numum inscriptum ΕΡΑΔ. quem esse dubiae lectionis pro hac sede ingenue censemus.

ERCHIA, ERCHMENVM. Numus inscriptus ΕΡΧ. apud Froelichium (Not. Elem. p. 83. et Cim. Vind. p. XXXVII.) pro *Erchia*, et in Geographia Num. Wackerii p. XV. pro Erchmeno, Boeoticus est.

HEGEIRA. Numus M. Pembr. (II. Tb. XI. fg. 5.) in cujus aversa legitur ΗΕ. et in *Ex - ergo* ΠΕΙΡΑ. est Piraeae Ponti: Gusseme IV. p. 48. legit ΗΕΓΕΙΡΑ. et creavit more suo Hepiram situs incogniti. Alium similem inter dubios protulit Haymius (M. Brit. T. I. p. 231. edit. Lond.) et quem

quem ab aliis tributum video Agris Atticae, praesertimque ab Wackero Geogr. Numis. p. XV.

LAVRIVM. Numi Gordiani, in quibus auctor M. Theupoli p. 1047. legit ΛΑΤΡΕΩΝ, loco ΜΤΡΕΩΝ, sunt *Myrae* Lyciae.

MARATHON. Autonomum inscriptum ΜΑΡΑΘΩΝ. ΔΗΜΟϹ cum capite hinc *Palladis*, illinc *Mercurii*, vulgavit Harduinus (Oper. Sel. p. 100) sed neque museum citat, neque ab alio hic numus conspectus est, ob id erroneae lectionis esse censemus; adde quod Holstenius in not. ad Steph. p. 198. citavit eumdem numum ex Ligorio.

MEGARA. Numi hujus urbis confusi a variis viris eruditis cum moneta Megarensium Siciliae: sed sunt hujus Megarae Atticae numi inscripti ΜΕΓ. vel ΜΕΓΑ. cum typo Prorae Navis, trium Lunarum, duorum piscium, tripodis, Phari &c. Rara est moneta Megarensium Siculorum, et raro in ipsa Sicilia invenitur.

Numi pariter a Combio editi (M. Hunt. pag. 195. Nr. 1 — 3. cum epigraphe ΜΕΓΑΡΕΩΝ. pro Megara Siciliae, huc pertinent.

Alius ab eodem (Tb. 36. fg. 22.) cum ΜΕΓ. inter tres lunulas, productus pro Megarso Ciliciae, est nostrae Megarae.

Alius apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 23. fg. 24.) cum ΕΠΙ. ΓΡΑΜΜΑ. . . pro *Scriba*, est dubiae lectionis: In alio simili apud Sestinium legitur ΕΠΙ. ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ.

Alii apud Combium (M. Hunt. Tb. 36. fg. 19. vel pag. 194. Nr. 1 — 3.) cum epigraphe dubia ΜΕΓΑ. ΒΑΚ. . . in uno, vel in aliis recte ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ, vel ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ. jam Cio Bithyniae restituti fuerunt a Sestinio: sed male pronuntiavit Neumannus (P. II. p. 225.) pro Megara Atticae, vel Siciliae.

NISAEA. Numi inscripti ΝΙΣΑΙΩΝ. sunt Goltziani, et si genuini, conspirant cum aliis numis Thessalonicae.

PAGAE, vel PEGAE. Numi inscripti ΠΕ ab Arigonio his tributi (I. Tb. 17. fg. 164 — 165.) et quos Froelichius (Not. El. p. 106.) Perinthiis addici suspicatur, sunt potius *Peparethi* Insulae.

AEGINA Insula. Vix cognoscitur moneta Aeginensium; sed cur? quia numi argentei remotioris aevi anepigraphi, vel inscripti ΑΙ. ΑΙΓΙ. vel Α. Elidi usque adhuc a turba Antiquariorum adjudicati fuerunt, excepto solo Pinkertonio, qui huc eos omnes revocat; quam sententiam amplectitur Sestinius in Descrip. Num. Vet. pag. 184 et seq.

HELENA *Insula, quae et Cranae.*
Autonomi inscripti ϜΕΛΕΝΙΤΩΝ, vel ΚΡΑΝΑΑΤΩΝ. sunt Goltziani. Ille cum Diota in aversa, est forsan Lamiensium Thessaliae, turbata a Goltzio vera epigraphe in ϜΕΛΕΝΙΤΩΝ. Alii testimonio Harduini inscripti ΕΛΕΝΙΤΩΝ. ΤΩΝ. ΚΑΙ. ΚΡΑΝΑΑΤΩΝ. Goltzianam officinam sapiunt.

Alius inscriptus ΚΡΑ. cum pede Bovis, est Cranii Cephalleniae. Alios similes vidi in ipsa Cephallenia.

Imperatorii cum ΚΡΑΝΑΙΩΝ. sunt pariter Cranii Cephalleniae, juxta descriptionem Vaillantii, aliorumque, et non hujus Insulae, ut opinatur Eckhelius. Nullus numus inventus fuit, neque invenitur in deserta et aspera Helena, quae nunc *Macronisi*, vel *Isola Longa* a Nautis appellatur.

SALAMIS Insula. Numus Pellerinii (Rec. I. Tb. 19. fg. 4.) inscriptus tantum ΛΑ. loco ΣΑΛΑ. et Lacedaemoniis perperam tributus, huc pertinet.

Alius similis, in quo Neumannus (Num. Vet. P. I. Tb. 7. fg. 1.) legit ΛΑ. ΣΑ. pro ΣΑΛΑ. Larymnae Salganeo Boeotiae urbibus tribuitur una cum Pelleriniano numo: sed inconsulte.

Praedicti numi ab Eckhelio tantum Larymnae Boeotiae adjudicati, postquam notae illi fuerunt aliae rationes a Sestinio datae, exemplo aliorum numorum, qui veram patriam nunc stabiliunt.

Numus M. Hunt. (Tb. 46. fg. 18.) cum ΣΑ. in aversa sine alio typo, incertae sedis est, nisi Samen Cephalleniae respicere vellemus. Similem vidi in museo M. S. Michaelis in Insula Murano.

PELOPONNESVS.

Numis anepigraphis cum typo Testudinis a variis adscriptis huic Peninsulae datisque deinceps ab aliis Aegio Elidis una cum illis similibus inscriptis ΑΙ. ΑΙΓ. ΑΙΓΙ. vel ΑΚ. litem intentat Aegina Insula.

Numus his similis inscriptus ΧΕΛΩΝΗ. quem laudat Harduinus ex gaza regia, pro *Chelona* urbe, promontorio Chelonati in Elide imposita, est forsan confictus, vel ab altera manu ΧΕΛΩΝΗ. inditum fuit.

Alios cum typo folii Selini, et non Platani, quos Pellerinius (Rec. I. Tb. 16. fgg. 1 et 2.) Froelichius (Not. Elem. p. 21.) et Barthelemyus (B. L. T. XXIV. p. 46.) pariter huic Provinciae addiderunt, esse Selinuntiorum Siciliae nunc constat.

ACHAIA.

Numus aureus editus a Froelichio (Cim. Vind. pag. CLIII.) est spurius, monente Eckhelio.

Numus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 16. fg. 7.) cum monogrammate ΑΧ. pro ΑΧΑΙΩΝ. est dubiae classis. Ratione typi est potius Opuntiorum.

Imperatorius L. Veri apud Vaillantium cum epigraphe ΣΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΩΡΟΥ. ΜΗΝΟΦ. ΑΧΑΙΩΝ. est erroneae lectionis, et haec scribendi ratio Asiam plane sapit. Legendum fors ΕΥΜΕΝΕΩΝ. loco ΜΗΝΟΦ. pro *Eumenia* Lydiae.

AEGIALVS. Numi duo Imperatorii hoc nomine editi, sunt certè malae lectionis, videlicet:

Numus Caracallae apud Vaillantium inscriptus ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΠΡΥΤΑΝΕΙ. ΕΠΙΚΡΑΤΟΥ. Β. ΕΓΙΑΛΕΩΝ. est male lectus, vel restauratus, loco ΜΕΙΛΗΣΙΩΝ. Typus, qui in hoc numo exhibetur, est pariter in alio numo Severi, cum epigraphe vitiata ΕΠΙ. ΑΡΧ. . . . ΣΩΤΗΡΙΟΥ. ΜΕΙΛΗΣΙΩΝ. cujus vera lectio erat fors ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΠΡΥΤΑΝΕΙ. ΕΠΙΚΡΑΤΟΥ. ut in alio numo Severi, ejusdem Mileti legitur ΕΠΙ Μ. ΠΡΥΤΑΝΕΟΥ ἐπικρατου ΜΕΙΛΗΣΙΩΝ. Sunt omnes max. mod. cum typo Apollinis Milesii. *Conf. Sest. Des. Num. Vet. p.* 183.

Numus Domnae, quem vulgavit auctor, M. Theup. p. 950. cum ΕΓΙΑΛΕΩΝ. est pariter dubiae lectionis pro hac statione, et suspicio legendum esse ΝΙΚΑΙΕΩΝ.

AEGIRA. Numus Plautillae lectus a Vaillantio in ΑΙΓΑΙΑΤΩΝ. vel ΑΙΓΕΙΑΤΩΝ. loco ΑΙΓΕΙΡΑΤΩΝ. huc pertinet. Perperam Vaill. respexit quamdam urbem Aetoliae, vel Aegitium Thucydidis. Eckhelius ad aliquas in Peloponneso Aegas pertinere suspicatur. Harduinus (Num. Ant. III. p. 19.) legens ΑΙΓΕΑΤΩΝ. Aegis Ciliciae attribuit.

Numus Fulviae Augustae inscriptus ΑΡΓΕΙΡΑΩΝ. apud Spanhemium II. p. 286. est numus Plautillae cum epigraphe ΑΙΓΕΙΡΑΤΩΝ.

Idem numus ab Angelone Nr. 1. 88. 17. diversimode lectus, Argyrae urbi incertae hujus Achajae tributus fuit.

AEGIVM. De numis cum typo Testudinis huc vocatis, jam mentionem fecimus sub Aegina Insula; nunc loquamur de nonnullis numis dubiis huic urbi tributis.

Numus argenteus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 16. fg. 9.) cum A. inter duos delphinos, est potius Amphipolis Macedoniae — Alii similes aenei apud Combium

bium (M. Hunt. p. 13. Nr. 17 et 18.) sunt ejusdem classis.

Imperatorii Ant. Pii, M. Aurelii, Getae, Maesae, cum epigraphe ΑΙΓΙΕΩΝ, perperam ab Auctore M. Theupoli Aegis Ciliciae adscripti, huc pertinent.

CENCHREAE. Vide infra in Corintho.

CERAVNIA. Autonomus aeneus ΚΕΡΑΥΝΙΕΩΝ. a solo Goltzio vulgatus, quem Harduinus huic Achaiae *Ceraunia*, at Goltzii commentator Nonnius *Cypriae* tribuit.

CORINTHVS. Numi cum inscriptione plena ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ. complures in omni metallo proditi fuere a Goltzio, sed talis merx est suspecta.

Aeneus cum ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ. quem edidit Pellerinius (Rec. I. Tb. 17. fg. 16.) est dubiae lectionis.

Argenteus apud eumdem (ib. fg. 12.) cum ΚΟΡ. est Corcyrae Insulae. — Alius aeneus (ib. fg. 17.) cum Q. est dubiae classis.

Numi Coloniae Corinthi.

Numus Pellerinii (Rec. I. Tb. 17. fg. 18.) cum CE loco SE. perperam portui Corinthiorum dicto Cenchreae attribuitur: sed is est Coloniae Corinthi, exemplo aliorum numorum.

Alius vulgatus inter classes incertorum ab eodem Pellerinio (Rec. III. Tb. 116. fg. 5.) et quem is suspicatur, Ortonae Frentanorum esse, pertinet ad hanc coloniam, vel, ut dicitur, est numus Laidis.

Numus M. Hunt. (Tb. 20. fg. 23.) et Neumanni (Num. Vet. P. I. Tb. 7. fg. 5.) cum epigraphe in adversa malè lectá, vel exesa, corrigendus, et supplendus in DEO. NEPTVNO, ut in alio edito a Sestinio (Descrip. Num. Vet. pag. 189.)

In numo exhibito a Pellerinio sub fg. 23. cum ΝΤ. CAS. II. VIR. lege ANTEStius CASsivs II VIR. ut in alio simili M. Ainslieani.

PATRAE. Numi argentei inscripti ΠΑΤΡΑΟΥ. et Patreo Patrarum conditore a Begero (Th. Br. I. p. 283.) aliisque adscripti, incertae patriae sunt, sententia Eckhelii, sed aliorum, Patrao incognito regi Paeoniae restituendi, quorum fabrica conspirat cum numis Audoleontis.

Aeneus apud Pell. (Rec. I. Tb. 17. fg. 30.) cum monogrammate ΠΑΡ. est dubiae classis: Patria horum similium est Macedonia.

Incertus apud eumdem (Rec. III. Tb. 118. fg. 11.) in quo apparent literae C. A. probabiliter ad Coloniam Patrarum pertinet.

Numi imperatorii Graeci cum capite Claudii, et inscripti ΠΑΤΡ. vel ΠΑΤΡΩΝ. a Vaillantio, aliisque his Patris tributi, pertinent ad Nicaeam, vel Nicomediam Bithyniae. Vocabula ΠΑΤΡ. vel ΠΑΤΡΩΝ. stant pro ΠΑΤΡΩΝΟΣ.

Numus Neronis, quem inter incertos auctor M. Theupoli pag. 848. seposuit cum ΝΕΡΩΝΙ. ΠΑΤΡΙΟ. loco ΝΕΡΩΝΙ. ΠΑΤΡΕΩΝ. juxta Vaillantium, pertinet ad has Patras, quibus cum alio a Morellio edito (Impp. T. II. p. 126.) restitutus fuit ab Eckhelio.

PEIRA. Numi inscripti ΠΕΙΡΑ. a Combio editi (M. Hunt. Tb. 41. fgg. 22 — 25.) et obscurae huic urbi dati, sunt Piraeae Ponti. Eckhelius suspicatur eos esse Sinopes Paphlagoniae, sed epigraphe constans ΠΕΙΡΑ. stat pro nomine urbis, ut jam comprobavit Sestinius Descrip. Num. Vet. p. 236.

PELLENE. Numus Domnae inscriptus ΠΑΛΛΗΝ... ΩΝ. ut in ectypo prodito a Pell. (Rec. III. Tb. 125. fg. 15.) est dubiae lectionis, loco ΠΕΛΛΗΝΕΩΝ. Alias ad Pallenen Arcadiae pertinet.

PHLIVS. Numus foederis Achaici cum inscriptione dubia ΨΩΦΙΣΙΩΝ. ΑΧΑΙΩΝ. (Eckhel. Num. Vet. p. 140.) corrigendus in

in ΦΛΕΙΑΣΙΩΝ. ΑΧΑΙΩΝ. pro nostra Phliunte, vel Phliasiis, ut in alio simili edito a Sestinio (Def. Num. Vet. p. 182.)

PHOESTVM. Autonomus apud Arigonium (I. Num. Pop. Tb. 18. fg. 176.) cum Φ. intra lauream, est incertae patriae, nisi sit Phocidis.

RHYPAE. Numus M. Hunt. (Tb. 46. fg. 12.) inscriptus in Antica parte ΓΡΟϹϹΟϹ, in)(ΡΥ. est potius Rybastinorum Apuliae, duce Eckhelio.

SICYON. Hujus numi vagati per multas urbes, antequam veram patriam attingerent, et primum illi inscripti cum solo Σ. magno, et non M. vel ΣΙ. Maleae Laconiae, vel Siphno Insulae a variis viris eruditis adjudicati fuere.

Alii, neglectis Malea, et Siphno, alias urbes inspexerunt: Pellerinius vidit Siden Pamphyliae in numo inscripto ΣΙ. ΔΗ. Rec. II. Tb. 71. fg 22 — Alius apud eumdem (ib. Tb. 57. fg. 42.) cum Σ. et non M. intra lauream, pro Mileto Ioniae, est Sicyonis — Alius apud eumdem (Rec. III. Tb. 123. fg. 3.) pro Halonneso Insula — Alius apud Combium (M. H. Tb. 27. fg. 11.) pro Euboea — Alius apud Torremuzzam (Auct. II. Tb. VII. fg. 13.) sub Syracusis Siciliae. Sed de his numis plura vide apud Sestinium (Lettere T. I. p. 142. et seq. et Def. Num. Vet. pag. 193.)

Numus M. Pembrock. (P. II. Tb. 28.) et Wheleri (Voyage. Nr. 128.) inscriptus ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ. exeso ΑΧΑΙΩΝ. est foederis Achaici.

Haymius huc vocandos putavit numos inscriptos ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ. ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ, sed quos esse alterius Demetriadis, in Demetriade Thessaliae jam diximus.

Aspernandus numus Tiberii a Goltzio in Thesauro suo editus cum ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ. cujus fidem elevavit Harduinus, sed defendit Paciaudus (Mon. Pelop. p. 160.) qui similem numum alias vidit, quod non negamus, eum vidisse alium numum spurium.

Imperatorius Domitiani apud Vaillantium cum ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ. et typo Bacchi, est nobis dubius. Legendum fors ΜΥΚΟΝΙΩΝ. pro Mycone Insula.

ELIS.

Numi inscripti FA. vel FAΛΕΙΩΝ. a Goltzio, eiusque sequacibus Faliscis Etruriae dati, Elidem nunc ab artis magistris amandati sunt. Sed dubia adhuc haec nova patria: nam si in aliis exemplis numismaticis, ut ϹΑΞΙΩΝ. FΕΛΙΑ. FΗΡΑ. FΗΡΑΚΛΗΩΝ. &c. pronuntiatur litera vocalis post digamma Aeolicum, ut invenitur, ita FA. FΑΛΕΙΩΝ. erit pro Α. ΑΛΕΙΩΝ. non pro Eleis, sed pro Aleis Arcadiae.

ALESII. Imperatorius Hadriani a Vaill. (Gr. p. 32.) vulgatus cum ΑΛΗϹΕΙΤΩΝ. pro his populis, est suspectae lectionis, et sedis. Pellerinius conjectat legendum ΑΜΑϹΕΙΤΩΝ. Tristanus in alio simili legit perperam Α. ΗϹΕΙΩΝ pro ΑΛΗϹΙΕΩΝ. ut eum emendat Holst. ad Steph. p. 25. sed perperam. Est potius ΟΔΗϹϹΕΙΤΩΝ. Si verum cupis, consule ipsum Vaillantium, et invenies eumdem numum cum eodem typo bis descriptum sub ΑΛΗϹΕΙΤΩΝ. et sub ΟΔΗϹϹΕΙΤΩΝ.

De imperatorio Antonini Pii apud eumdem Vaillantium, pariter cum ΑΛΗϹΕΙΤΩΝ. loco ΑΜΑϹΕΙΤΩΝ. conjectura Pellerinii, vel ΟΔΗϹϹΕΙΤΩΝ, conjectura Harduini, non habeo quod dicam.

ANNIVM. Numus mutilus (M. Pembr. P. II. Tb. 4. fg. 5.) in quo legitur ΑΝΝΙΕΩΝ. vel similiter, loco ΕΙΠΠΟΝΙΕΩΝ. est unus ex Hipponii Lucaniae obviis.

CHELO-

CHELONATES. Huc refert Harduinus numum inſcriptum ΧΕΛΩΝΗ. de cujus fide jure dubitamus.

EVRIDICIVM. Numi unici inſcripti ΕΥΡΥΔΙΚΕΩΝ. et huic obſcuro loco dati, per Theſſalicas partes inveniuntur, et forſan cuidam ignotae urbi nomine Euridiceae adjudicandi ſunt. Idem caput muliebre velatum eſt quoque in numis Pelinnae Theſſaliae.

OLYMPIA. Nonnius (Goltz. T. III. p 45.) et Begerus (Th. Br. T. I. p. 432.) huic impertivere numos argenteos, in quorum antica: *Caput Palladis*, in)(*Noctua*, adſcripto in aliis ΟΛΥΜΠΙΑΣ, in aliis ΟΛΥΜΠΙΣ. Sed hi numi ſunt Tarenti, ut jam monuit Eckhelius (Num. Vet. p. 35.) — Alius ibidem cum inſcripto ΟΛΥΜ. et Pane ſedente, eſt Arcadum.

PHEA. Autonomus cum ΦΕΑ. et typo Arietis, quem Pellerinius huic urbi timide attribuit, (Rec. I. Tb. 18. fg. 3.) eſt potius Clazomenes Ioniae: In aliis ſimilibus legitur ΑΡΙ. &c.

PYLVS. De numis huic tributis vide Pylum Meſſeniae.

CEPHALLENIA.

Numus Liebii (Goth. Num. p. 178.) cum typo Equi, ΚΕ. ΤΕΡ. non eſt hujus Inſulae, ſed Terpilli Macedoniae; ſecundum alios, Termeſſo Piſidiae reſtituitur.

Aeneus inſcriptus ΚΕ. apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 95. fg. 9.) et Combium (M. Hunt. p. 93. Nr. 2.) eſt potius Ceae Inſulae, opinione Eckhelii, ſed dicam huic Inſulae Pellerinium recte ſuum numum adjudicaſſe. Si auctoritate nobiliſſimi Iac. Gradenigo hanc reſtitutionem opinatus eſt, dicam pariter, hos numos numquam ex Inſula Cea ad nos adlatos fuiſſe, quorum typus conſpirat cum numis Sames; ſi Same, ſi Pallenſes uſi ſunt inſcriptione ΣΑ. et ΠΑ. poterat et Cephallenia in moneta ſua inſcribere ΚΕ.

CRANIVM. Numus Goltzii (in Inſ. Tb. 8.) inſcriptus ΚΡΑ. qui eum Helenae Inſulae ad Atticam largitur, quae ab Homero et *Cranae* vocabatur, eſt hujus Cranii. Nonnius Cranaën Gythio Laconiae vicinam inſulam mavult, ſed perperam. Alius apud eumdem Goltzium cum ΚΡΑΝΙΩΝ. et typo Lyrae, ad Cragum Lyciae pertinet.

Imperatorios inſcriptos ΚΡΑΝΙΩΝ Eckhelius Helenae Inſulae reſtituendos eſſe putavit: ſed hujusmodi reſtitutio dubia videtur.

PALLENSES. Argentei inſcripti ΚΕΦΑ. vel ΚΕΦΑΛΟ. apud Torremuzzam (Tb. 26. fgg. 1 et 2.) et apud alios, pro Cephaloedio Siciliae, ſunt Pallenſium hujus Inſulae.

SAME. Numus apud Combium (M. Hunt. Tb. 46. fg. 18.) in quo Caput Bovis, in)(ΣΑ. ſine typo pro Salamina Inſula, et quem perperam Seſtinius Samum amandavit, eſt potius hujus Sames. Vidimus Venetiis alios ſimiles ex Cephallenia adlatos.

Quem Combius (ib. fg. 21.) cum ΣΑΜ. ΑΚΗΡ. produxit, pro *Same*, eſſe Samothraces Inſulae, jam diximus. Magiſtratus nomen abruptum militat pro illa Inſula, et non pro hac urbe.

ZACYNTHVS.

Imperatorius Alexandri Sev. quem memorat Harduinus (in Oper. Sel. p.65.) ex Triſtano cum epigraphe ΖΑΚΥΝΘΙΩΝ. loco ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΙΩΝΩΝ. eſt Perinthi Thraciae.

MESSENIA.

Numus argenteus Goltzii (M. Gr. Tb. 28. fg. 3.) inſcriptus: ΚΑΡΚΙΝΩΝ. conſpirat cum

cum numis aeneis Messeniorum — Apud Harduinum (Oper. Sel. p. 104.) cum ΜΕΔΙΩΝ. loco ΜΕ. ΔΙΩΝ. est Messeniorum — Numus, in quo Gusseme legit ΛΑΜΙΩΝ. ΜΕ. pro *Lamiorum Meliensium*, est ΔΑΜΙΩΝ. ΜΕ. pro Messeniorum numo — Alius apud eumdem (Diccion. T. II. p. 378. et T. V. p. 135.) cum epigraphe ΜΕΣΟΛΩΝ. loco ΜΕΣ. ΠΟΛΩΝ. et perperam Mesolae urbi Peloponnesi, id est Messeniae, tributus, Messeniorum est. Similem argenteum vide descriptum a Sestinio (Des. Num. Vet. p. 201.)

AEPEA. Numus huic urbi a Combio datus (M. Hunt. Tb. 3. fg. 9.) cum epigraphe ΑΙΠΕΑΙΩΝ. loco ΑΙΓΕΑΙΩΝ. est Aegarum Ciliciae.

AMPHEA. Numus Pellerinii (Suppl. I. p. 31. Tb. 1. fg. 9.) cum ΑΜΦΙΤΟΥΝ. est dubiae lectionis, et classis.

ANDANIA. Numus Panelii, ex Cat. le Bret, inscriptus ΙΕΡΟC. ΔΗΜΟC.)(ΑΝΔΑΝΕΙΤΩΝ. loco ΑΙΖΑΝΕΙΤΩΝ, est Aezanitarum Phrygiae.

CYPARISSIA. Numus Arigonii cum capite Drusillae, et inscriptus ΔΡΟΥCΙΛΛΑ. CEB. pro ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ. CEB. est Plautillae.

PYLVS. Numi omnes ab aliis Elidis Pylo tributi, huc pertinent.

Epigraphe ΠΥΛΙΩΝ. in numo argenteo adstituta, est Goltzii arbitrium. In omnibus jam notis constanter est ΛΓ vel ΛΓγ.

Aeneus apud Goltzium pariter cum integra epigraphe ΠΥΛΙΩΝ. et in aversa *Bos gradiens*, et superne *ramus*, est permutatus a Goltzio pro Numo Gelae Siciliae. Similes vide apud Torremuzzam, et Combium.

THVRIA. Numus Pellerinii (Rec. I. p. 80. Tb. 12. fg. 4.) inscriptus ΒΟΥΘΡΟ. loco ΘΟΥΡ. pro Buthroto Epiri, huc pertinet, ut serius ipse Pellerinius lapsum suum ingenue confessus est (Suppl. I. p. 47.) quo etiam loco profitetur, sese perperam huic Thuriae adjudicasse numum inscriptum ΘΥΡΙΑ. (Rec. I. Tb. 18. fg. 11.) qui est Thyriae Argolidis.

Imperatorius L. Veri apud Vaillantium p. 63. dubius est pro hac serie Imperatoriorum: et ita videtur, nam omittitur in Indice. Est numus potius cum capite Sep. Severi.

Alius Elagabali apud Arigonium (I. Impp. Gr. al. Tb. 11. fg. 183.) est potius Caracallae.

LACONIA.

LACEDAEMON. Autonomus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 19. fg. 4.) cum ΛΑ. tantum, loco ΣΑΛΑ. ut in aliis, est Salaminae Insulae — Alius apud eumdem (ib. fg. 5.) inscriptus ΛΑ. cum typo Lyrae, est *Lappae* Cretae — Alius apud Arigonium (T. XIII. Nr. 124.) est Lampsaci, judicio Neumanni (P. II. p. 21.)

Regii. Numi Agesilai, et Polydori editi a Goltzio (in Graec. Tb. VI.) possunt esse genuini. Nam unus argenteus cum epigraphe dubia an Agesilai, vel Polydori, sed cum eadem peristasi ab eo enunciata, exstat in Museo Ainslieano.

ASINE. Numus aeneus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 19. fg. 10.) inscriptus ΑΣΙΝ. loco ΘΑΣΙΟΝ. est Thasi Insulae.

ASOPVS. Haymius (Th. Br. II. Tb. 41. fg. 4.) tribuit numum Plautillae inscriptum ΑCωΠΕΙΤΩΝ, Asopo Sicyoniae, quae tamen urbs non fuit, sed fluvius, et modica regio ab hoc flumine nomen adepta, teste Strabone: quare merito ibi castigatur a Khellio.

Imperatorius M. Aurelii a Froelichio editus (Adp. II. Nov. Tb. 3. fg. 4. p. 77.) est Caracallae, docente Eckhelio (Num. Vet. p. 134. et Cat. M. Vind. I. p. 121.)

ATTAEA.

ATTAEA. Autonomi, et Imperatorii: ATTAITΩN. perperam a Vaillantio, et Begero, huic urbi Laconiae tributi, Attaeae Phrygiae ſunt.

DYRRHACHIVM. Autonomus Pellerinii (Rec. I. Tb. 19. fg. 11.) cum epigraphe ΔΥΡ. ΛΑΚΟ. pro ΔΥΡραχηνων ΛΑΚΟνων. eſt Syracuſarum. In aliis ſimilibus luculenta epigraphe eſt ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ.

GYTHIVM. Autonomus unicus ΓΥΘΕΑΤΩΝ. eſt Goltzianus.

LONGOSTALETES. Vide infra in Taletum.

MALEA. De numis argenteis hactenus huc perperam vocatis egimus ſupra in Sicyone Achaiae.

PRASIAE. Autonomus Haymii (Th. Br. II. p. 170.) inſcriptus $\frac{\text{ΠΡ}}{\text{ΑΣ}}$ eſt Aſcalonis: et ΠΡ. ſunt notae Epochae — Alius aeneus apud Froelichium (Not. Elem. p. 107.) cum ΠΡΑΣΙΩΝ. ΠΟ., loco ΠΡΑΙΣΙΩΝ. ΠΟ. eſt Praeſi Cretae.

PSAMATHVS. Autonomus Arigonii (I. Vrb. Graec. Tb. 19. fg. 184.) cum ΨΑ. pro ΦΑ. et cum typo Capri ſtantis, eſt Phari maris Adriatici inſulae. *Confer Neuman. Pop. Num. P. I. p.* 176 — Imperatorius Tiberii citatus in Theſauro Goltzii p. 228. cum populi denominatione ΨΑΜΜΑΘΟΝΤΙΩΝ, tuto negligendus, ut dicetur in Catalogo Numorum, quos Goltzius vulgavit, non quos vidiſſet, ſed quos cupiviſſet.

TALETVM. Numi inſcripti ΛΟΓΓΟΣΤΑΛΗΤΩΝ. et huc vocati, patriae incertae ſunt: et in Graecia ſimiles numi non inveniuntur, multo minus per Laconicas partes.

Numus M. Antonii a Seſtinio editus (Lett. T. IV. p. 99.) eſt confictus.

THEA. Numus Begeri (Th. Br. I. p. 442.) cum ΘΕ. ℞. et huic loco tributus, eſt Corcyrae Inſulae, ut jam vidit Neumannus. (Pop. Num. P. I. p. 183.)

CYTHERA Inſula. Numus aureus, et argenteus cum ΚΥΘΗΡΑΙΩΝ. eſt Goltzianus (Inſ. Graec. Tb. 3. fg. 1. et 2.) Aenei inſcripti ΚΥ. cum typo Columbae volantis incertae patriae a Pellerinio tributi (Rec. III. Tb. 118. fg. 3.) a Neumanno Num. P. I. p. 249. Tb. 7. fg. 12. Cythno Inſulae adſcripti, a Seſtinio (Lettere T. II. p. 12.) huc vocati, ſunt dubiae ſedis, ex ſententia Eckhelii.

ARGOLIS.

ARGOS. Numus Pellerinii (Rec. I. Tb. 37. fg. 9.) inſcriptus ΠΑΜΦΑΗΣ, quem Panticapaeo primum, ſerius Argis Amphilochicis largitus eſt, huc pertinet — Khellius numum ſimilem infirma ſane conjectura Pamphium Aetoliae revocavit — Alium edidit Pellerinius et quem recte huic urbi tribuerat (Rec. I. Tb. 20. fg. 6.) in quo caput muliebre corona faſtigiata, cui inſcriptum ΑΡΓΕΙ.)(Pallas gradiens ad s., d. jaculum vibrans, ſed perperam Argos Amphilochium ſerius amandavit — Alius (ib. fg. 7.) apud eumdem cum ΑΡ. in area, et epigraphe manca in ΕΙΤΟΥ. eſt dubius pro hac claſſe — Numus Arigonii inſcriptus ΑΡΓΕ pro Argenno Inſula Ioniae, huc pertinet.

Numus in M. Theup. p. 1251. cum ΖΕΥΣ. ΚΑΣΙΟΣ.)(ΑΡΓΕΙΩ... loco ΑΓΡΕΥΣ. eſt Corcyrae Inſulae.

Alius apud Guſſeme I. p. 162. Nr. 5. cum ΑΡ. et cum typo Herculis ſedentis (corrige Panos ſedentis) eſt Arcadum.

Alius cum eodem monogrammate, et typo fulminis, et fiſtulae paſtoritiae, apud Muſellium (Num. Pop. Tb. 4. fg. 6.) eſt Arcadum. Similem vide in M. Hunt. Tb. 7. fg. 7 — Alius apud eumdem (ib. fg. 7.) ΑΡΓΕΙΩΝ. Vas utrimque anſatum)(congeries armorum, eſt incertae lectionis et claſſis.

Imperatorius cum capitibus Neronis et Agrippinae et typo *Gryphi*, editus in memoriis Trevoltienſibus (April. 1701. p. 123.) et in Electis Wolterek (Tb. I. fg. 4.) cum epigraphe ΑΡΓΕΙΩΝ. eſt Aſſi Myſiae. In numo iſto per ſe vitiato, ut editor animadvertit, perperam lectum ΑΡΓΕΙΩΝ. loco ΑΣΣΙΩΝ. Alii ſimiles dantur cum capitibus Agrippinae et Claudii, vel cum capitibus Neronis, et Britannici. Typus Gryphi eſt conſtans in his tribus numis, et Aſſo proprius.

Alius Neronis cum ΗΡΑ. ΑΡΓΕΙΑ. in Lexico un. rei Num. ſub hac ſerie deſcriptus, ad Alexandrinos numos pertinet.

Incertus Caracallae M. Theup. p. 988. cum ΑΡ.... *Menſa, ſupra quam Aquila, et Corona,* huc pertinere poteſt. Integra epigraphe erit ΑΡΓΕΙΩΝ.

Numis Valeriani, et Gallieni litem intentat Argos Ciliciae, ſed litem finient alii.

CLEONE. Numus M. Hunt. (Tb. 18. fg. 9.) inſcriptus ΚΛΕ. et cum typo Coloniarum Corinthi, eſt potius Anactorii pro ſolito ΑΝΑ. in monogrammate.

EPIDAVRVS. Numi inſcripti plene ΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ. ſunt Goltziani — Numus vitiatus apud Haymium (Th. Br. II. p. 138.) cum ΙΕΡΑΣ. in averſa pro *Hiera Germe* Myſiae, huc pertinet. Khellius in nota ibi ſubjecta Hieram Aegatum Inſularum unam reſpexit, ſed abſurde — Alius pariter vitiatus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 12. fg. 13.) in cujus antica parte legitur ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. loco ΕΠΙΔΑΥΡΟΥ. ad Epidaurum ſpectat. In ſimillimo alio M. Hunt. (Tb. 61. fg. 14.) Combius legit ΗΡ. ΤΥΡΟΥ. ΙΕΡΑΣ pro Tyro Phoenices; ſed legendum ΕΠΙΔΑΥΡΟΥ. ΙΕΡΑΣ.

MYCENAE. Numus argenteus apud Haymium (Th. Br. II. p. 114.) cum ſigla ΜΥϘ. quam. in ΜΥϘηνων exſolvit Bayerus (Comment. Acad. Petrop. T. V.) eumque ſecutus Froelichius (Ann. Syr. p. 158. et Not. Elem. p. 101.) eſt unus ex Achaeorum obviis.

THYREA. Numum inſcriptum ΘΥΡΙΑ. quem olim Pellerinius Thuriae Meſſeniae tribuit, ac mutata ſerius mente rectius huic Thyreae Argolidis reſtituit.

TROEZEN. Autonomi inſcripti: ΤΡΟΙΖΗΝ. vel ΤΡΟΙΖΗΝΙΩΝ. ſunt Goltziani, quorum unus ex numis Syracuſanis eſt confictus, alter fictus. Argenteus, melius aeneus, quem edidit Wiſius (Muſ. Bodl. p. 6.) cum ΤΡΟ. pro *Troade*, huc pertinet, ut jam, agnito errore, ipſe monet.

IRENE Inſula. Numus apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 94. fg. 5.) cum epigraphe ΙΡ. apud Combium (M. Hunt. Tb. 26. fg. 20.) eſt ΕΡ. pro Ereſo Lesbi — Alius apud eumdem (ib. fg. 4.) cum ΙΡ. et typo Tridentis, Rhithymnae Cretae ab Eckhelio (Num. Vet. Tb. 10. fg. 10.) et a Combio (M. Hunt. Tb. 44. fg. 23.) adſcriptus fuit: ſed difficile, numis tam parcae inſcriptionis veram adſignare patriam.

ARCADIA.

Numi apud Goltzium inſcripti ΑΡΙΜ. vel ΑΡΙΜΕΙΝΩΝ. pro Arimino Vmbriae, deletis his fictitiis inſcriptionibus, Arcadum ſunt — Alius apud eumdem inſcriptus ΟΛΥΜ et Pane ſedente, pro Olympia Elidis, huc pertinet. Vocabulum ΟΛΥΜ. in hoc numo deſignat nomen montis Olympi — Alius apud eumdem cum praetenſa epigraphe ΑΒΔΗΡΑΣ. ΚΟΡΑΣ. pro Abdera Thraciae, eſt Arcadum. Ad quos pertinet numus Parutae, et Torremuzzae cum ΑΚΡ. loco ΑΡΚ. pro Agrigentinis, et alius Pellerinii, Eckhelii, et Neumanni cum Α. Κ. vel Α. pro Abdera Thraciae.

Numi a Combio (M. Hunt. Tb. 7. fg. 1 — 3.) Arcadiae Cretae adjudicati, huc pertinent. At numus ejusdem Muſei p. 42.

Nr.

Nr. 4. eſt potius Arcadiae Cretae, ex opinione Pelleriniana.

Numi inſcripti ΔΗΜΟΣ. ΑΡΚΑΔΙΩΝ. ſunt Goltziani (Gr. Tb. II. fg. 5. et 6.)

ALEA. Numus, quem huic Aleae timide Pellerinius (Rec. I. Tb. 21. fg. 8.) tribuit cum epigraphe manca ΑΛΕΩΝ et typo Iovis aetophori ſedentis, conſpirat cum numis inſcriptis ΑΤΤΑΛΕΩΝ. pro Attalia Pamphyliae.

Numus Marcianae apud Arigonium inſcriptus .... ΚΙΑΝΑ. ϹΕΒΑϹ.)(ΑΛΕΩΝ. pro noſtra Alea, dubius eſt. In alio ſimili cum capite Sabinae et cum eodem typo Fluvii jacentis legitur ΚΑΛΕΩΝ. ϹΜΥΡ. pro *Smyrna* et Fluvio *Caleonte.*

ANGELA. In catalogis numismaticis male citatur numus hujus urbis, quem Geſs. ex M. Wack. vulgavit (Num. Pop. p 131.) inſcriptum ΑΓΓΕΛΛΗΣ. loco ΑΡΓΕΑΔΗΣ. in)(ΠΑΝΔΗΜΟΣ. ΖΕΥΣ. pro ΜΕΝΕΔΗΜΟΣ. ΙΕΡΕΥΣ. et quem alii Epiro donum dederunt.

ASEA. Huic urbi Froelichius (Not. Elem. p. 76.) tribuit autonomum ex Arigonio cum ΑΣΕΤΙΝΩΝ. ſed is eſt inſcriptus ΑΖΕΤΙΝΩΝ. pro incerta patria.

EVA. Numi aurei et argentei inſcripti ΕΥΑ. ſunt Cyrenaicae.

MANTINEA. Autonomus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 21. fg. 10.) cum ΜΑΝ. eſt dubiae lectionis et claſſis, ſed conſpirat cum aliis Attaliae Pamphyliae.

MEGALOPOLIS. Numi Goltziani cum addita epigraphe ΖΕΦΥΡΙΩΝ. pro Zephyrio promontorio Paphlagoniae, vel Zephyrio Ciliciae, ſunt Megalopolitanorum.

Imperatorius Elagabali (M. Theup. p. 1011.) cum ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΩΝ. eſt Caracallae.

METHYDRIVM. Numus inſcriptus ΜΕΘΥ. loco ΜΑΘΥ. quem Geſsn. Num. Pop. pag. 296. ex M. Wak. laudat, eſt Methymnae Lesbi. Similem vide apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 103. fg. 7.)

NONACRIS. Harduinus in Plinio ſuo (T. I. p. 196.) autonomum vulgavit, in quo legit: ΔΗ. ΝΩΝ. quod ſolvit in ΔΗμος ΝΩΝακρινων. ſed is numus eſt *Abydi* Troadis.

PHENEVS. Numus M. Aurelii apud Vaillantium cum ΦΕΝΕΑΤΩΝ. poteſt eſſe dubius loco Caracallae — Numus Plautillae in M. Theup. citatus p. 800. et 991. cum epigraphe ΕΠΙ. ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ. ΦΕΝΕΑΤΩΝ Aſiam ſapit, et eſſe male lectum cenſemus. ΕΠΙ. ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ. ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ. legitur in alio numo Caracallae pariter maximi Moduli, ut iſte eſt, et in alio Plautillae II. formae.

PSOPHIS. Autonomus Foederis Achaici ab Eckhelio editus (Num. Vet. Tb. 9. fg. 9.) cum epigraphe dubia ΨΩΦΙΣΙΩΝ. ΑΧΑΙΩΝ. loco ΦΛΕΙΑΣΙΩΝ. ΑΧΑΙΩΝ. reſtituendus *Phliunti* Achaiae.

TEGEA. Numi, quos Pellerinius *Tegeae* Cretae adjudicavit, ſunt noſtrae *Tegeae.*

THISSOA. In Geographia Numismatica Wackeri pag. XVII. citatur numus argenteus III. formae, ſed nobis ignotus.

CRETA.

Autonomi nomine totius Inſulae, iique argentei ex genere Ciſtophororum, inſcripti ΚΡΗ. ΚΡΗΤΑΙΩΝ. ſunt apud Goltzium (Inſ. Graec. Tb. 3. fg. 5 — 8.) at de vera eorum lectione alibi agetur.

In numo Haymii (Th. Br. II. p. 72.) et Mus. Pembrock. (P. II. Tb. 80.) cum capite Homeri male lectum ΚΡΗΤΩΝ. pro ΙΗΤΩΝ. qui adeo ad Inſulam Ion pertinent.

Imperatorii minimae formae cum capite Hadriani et Antonini, quorum ſola inſcriptio

fcriptio in averfa eft K. K. ab Harduino Cilicibus attributi fuere, et ab Auctore Mufei Theupoli Alexandrinis accenfiti funt: fed probabiliter ftant pro ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ.

Numi Titi, et Domitiani infcripti ΔΙΟΣ. ΙΔΑΙΟΥ. pro moneta Cretenfium, funt Scepfis Troadis. Nonnullos habuimus ex ipfa Troade, et in numo Commodi edito a Seftinio (Defcrip. Num. Vet. Tab. 7. fg. 15.) legitur ΖΕΥϹ. ΕΙΔΑΙΟϹ. cum typo Iovis.

ALLARIA. Huc pertinet numus M. Pembrock. (P. II. Tb. 3. fg. 7.) in quo alii legerunt ΑΜΑΡ. loco ΑΛΛΑΡιωτων, et quem perperam ad *Amarinthum* Euboeae, vel *Amaram* Arabiae Felicis retulerunt, ut legitur in Catalogis, et Lexicis Numismaticis.

AMNESVS. Numus apud Mufellium (Tb. 3. fg. 4.) infcriptus ΑΝΙΝΗΣΙΩΝ. huc vocatus a Corfino, in quo legit ΑΜΝΗΣΙΩΝ, eft Anineli Lydiae, cui reftituit Eckhelius.

APOLLONIA. Numus M. Hunt. (Tb. 6. fg. 8.) cum fola Litera A. pro Apollonia, eft potius Zacynthi; Litera Z. pro ZA. exefa remanfit in hoc numo.

APTERA. In numo argenteo M. Ainsl. legitur hinc ΑΠΤΑΡΑΙΩΝ, illinc ΠΤΟΛΙΟΣΚΟΥ. et non ut viderunt Eckhelius, et Combius in aliis numis extritis: ΑΠΤΕΡΑΙΩΝ. et ΠΤΟΛΟΣΤΟ. vel ΠΤΟΛΙΟΣΤΟΥ.

Numus incertus ab Eckhelio editus (Cat. Mus. Vind. Tb. 6. fg. 7.) huc pertinet, et eft fimilis illi a Combio in M. Hunt. Tb. 6. fg. 16. exhibito, cum epigraphe ΑΠΤΑ. pro *Aptera*.

ARCADIA. Numi M. Hunt. (Tb. VII. fg. 1 — 3.) infcripti ΑΡΚΑ. Arcadibus Peloponnefi reftituti fuere. Alius cum ΑΡΚΑΔΩΝ. ejusdem Mufei p. 92. Nr. 4. eft fimilis illi a Pellerinio edito (Rec. III. Tb. 97. fg. 6.) fub Arcadia Cretae, fed utrumque effe Arcadum Peloponnefi adfirmant Eckhelius, et Neumannus, in quorum fententia pro hoc numo non adquiefcemus.

ARSINOE. Numus ab Arigonio vulgatus cum epigraphe ΑΡΣΙ. a Froelichio (Not. Elem. p. 76.) dubitantis more, Graeciae, vel Cypro tributus, huc pertinet.

AXVS. Numus aeneus III. formae et incertae fedis a Pellerinio editus (Rec. III. Tb. 117. fg. 17.) cum *capite Iovis vittâ redimito*, et in averfa .. Α... ΙΩΝ. cum *tripode*, pertinet ad hanc urbem, et in quo fupple ϜΑΞΙΩΝ, ut in aliis certis, et Axo propriis.

CAMARA. Autonomum argenteum ΚΑΜΑΡΑΞ. typo infolito edidit Goltzius (in Inf. Tb. IV.) quem cum is, tum Nonnius et Harduinus huic Cretae urbi Stephano memoratae donum dederunt.

CHYTROS, PYTHIVM. His urbibus perperam tribuit Froelichius (Not. Elem. p. 80. et 108.) numum infcriptum ΧΥ. ΠΥΘΙΣ. loco ΚΥ. ΠΥΘΙΣ. qui eft Cymes Aeolidis, cui reftituit Eckhelius. Hic numus malae lectionis mali exempli Lanzio fuit, qui (Sag. T. I. p. 111.) Froelichii errorem recoxit.

CNOSSVS. Numi infcripti ΚΥΔΑΣ. pro *Cydonia* hujus Infulae, huc pertinent — Alii cum ΑΡΙΣΤΙΩΝ. et non ΚΑΡΙΣΤΙΩΝ et perperàm pro *Ariftaeo* Thraciae, vel Carifto Ligurum venditati, funt Cnoffi: nam ΚΥΔΑΣ. et ΑΡΙΣΤΙΩΝ. nomina magiftratus, et non urbis funt. Combius vero numos fimiles defcripfit fub Cydonia (M. Hunt. p. 120. Nr. 8 — 11)

CORYCVS. Autonomus argenteus ΚΩΡΥΚΙΩΝ. eft Goltzianus. (Inf. Gr. Tb. 3. fg. 9.)

CYDONIA. Numus M. Hunt. (Tb. 23 fg. 8.) in quo Combius legit ΔΩΚΙ. loco ΚΥΔΩ. et

et perperam Docimeo Phrygiae tributus, huc pertinet — Alius (ib. p. 120. Nr. 16.) cum epigraphe . . ΑΟΚΕΩΝ. et typo Canis sedentis, est dubiae lectionis, et sedis. Legendum fors ΣΑΜΑΙΩΝ. pro Same Cephalleniae, cui convenit idem typus — Froelichius perperam legit in numo argenteo M. Caesarei: ΗΡΙΚΑΝΤΟΣ. ΕΠΟΕΙ. pro ΝΕΥΑΝΤΟΣ. ΕΠΟΕΙ.

ELEYTHERNAE. Numus Goltzii, et Harduini, inscriptus ΘΕΡΝΑΙΩΝ, detrito nempe epigraphes principio, et pro *Therna* Thraciae perperam habitus, huc pertinet. Legendum ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΩΝ. ut in aliis similibus.

ELYRVS. Probabiliter ad hanc urbem pertinet numus inscriptus ΤΑΥΡΙΩΝ. loco ΕΛΥΡΙΩΝ. et quem Begerus (Th. Br. I. p. 28.) Taurioni praefecto militum in Peloponneso, sub Antigono et Philippo Macedoniae regibus, adjudicavit — Numus apud Combium (M. Hunt. Tb. 25. fg. 21.) cum ΟΥΡ. et typo *Apis*, est dubiae sedis. In aliis legitur ΙΟΥ. pro *Iulide*, Ceae Insulae urbe.

ERYTHRAEA. Huc refert Combius (M. Hunt. Tb. 27. fg. 4.) numum cum ΕΡ. et typo Botri, quem esse potius *Eretriae* Euboeae putamus.

GORTYNA. Perperam Pellerinius vidit arborem incognitam pro Polypo in numo edito (Rec. III. Tb. 97. fg. 9.)

HIERAPYTNA. Imperatorius mutilus cum capite Neronis apud Theup. p. 846. est nobis dubius. Legendum fors in adversa ΓΑΙΟΝ. vel ΚΑΙΟΣ. loco ΝΕΡΩΝ. et erit similis aliis Caligulae certis.

ITANVS. Numus M. Theup. p. 1301. cum ΤΑΝΙΩΝ. pro *Tano* hujus Insulae, est ΙΤΑΝΙΩΝ. pro nostra Itano.

LAMPA, LAPPA. Autonomus Pellerinii (Rec. I. Tb. 19. fg. 5.) cum ΛΑ. et typo Lyrae pro Lacedaemone Laconiae, huc pertinet, cui urbi restitue alium similem a Combio editum sub eadem classe (Mus. Hunt. p. 164. Nr. 28.)

Alius cum typo Aquilae volantis intra lauream, in quo Pellerinius (Rec. III. Tb. 99. fg. 42.) legit ΛΑΜΠΑΙΩΝ. pro ΚΑΣΣΩΠΑΙΩΝ. ad Cassopaeos Epiri pertinet. Similem sub Lampa vulgavit Eckhelius (Cat. M. Vind. I. p. 128. Nr. 5.) sed quem is jam restituit iisdem Cassopaeis.

Spanhemius perperam legit in numo ex M. Christinae ΑΣΥΛ. ΛΑΠΠΑΣ. pro *Asyli iure*, loco ΛΑΠΠΑΙ. ΣΤΑΩΚΟΣ. ut in aliis M. Caesarei, et Pelleriniani.

LYTTVS. Numi argentei vetustissimae fabricae editi a Goltzio cum epigraphe ΑΚΤΙΩΝ. loco ΛΥΤΤΙΟΝ. et perperam ab eo Actio tributi, huc pertinent.

PHAESTVS. In numo argenteo hujus urbis Pellerinius (Rec. III. Tb. 101. fg. 62.) legit ΝΟΑΙΤΜΙΑΞ. pro nomine Magistratus: at in alio simillimo M. Ainsl. legitur ΝΟΙΤΜΙΑΦ. pro ΦΑΙΣΤΙΟΝ. id est pro nomine Vrbis.

Alius argenteus III. formae M. Caes. Cat. I. p. 129. Nr. 8. cum epigraphe ΦΑΙΣΤΙ. pro *Phaesto*, conspirat cum numis Histiaeae Euboeae. Similem, sed inscriptum ΙΣΤΙ. vide apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 92. fg. 8.)

PHALASARNA. Numi argentei inscripti ΦΑ. cum typo Tridentis huc pertinent. Pellerinius (Rec. III. p. 74.) postposita Phaesto, Phalasarnae favet. Eckhelius olim similem Phaesto attribuit, sed mutata mente, inter incertas urbes Cretenses reponere censet.

PHALANNA. Autonomus argenteus cum ΦΑΛΑΝΝΑΙΩΝ. quem Sestinius (Lett. T. III. Tb. 2. fg. 11.) dixit esse Phalannae Thessaliae, non huc pertinet, ut Eckhelius autumat, sed esse Thessaliae jam diximus.

 PRAE-

PRAESVS. Numus inſcriptus ΠΡΑCΙΩΝ. pro ΠΡΑΙCΙΩΝ. Praſiis Laconiae a Froelichio (Not. Elem. p. 107.) tributus, huc pertinet — Similem, quem edidit Liebius (Goth. Num. p. 194.) Pellerinius binis locis Poemanenis Myſiae reſtituendum monet; ſed perperam. Confer Rec. II. p. 57. et Rec. III. p. 71.

PRIANSVS. Numus argenteus cum ΠΡΙΑΝΕΙΚΩΝ, pro ΠΡΙΑΝΣΙΕΩΝ. perperam a Froelichio (Cim. Vind. I. pag. 34.) Prienenſibus Ioniae adſcriptus fuit. Wildius, et Panelius cum in ſimilibus legerent vel ΠΡΙΑΠΕΙΩΝ. vel ΠΡΙΑΝΕΙΩΝ. eos vel Priapum Helleſponti, vel Prienen Ioniae extorres fecere, ut jam monuit Pellerinius (Rec. III. p. 71.)

In *imperatorio* Hadriani, quem citant Vaillantius et Harduinus, promulgatur epigraphe ΠΡΙΑΠΕΩΝ. typo delphini et gubernaculi, quem etiam in autonomis exiſtere notum eſt. Iure epigraphen in dubium vocat Pellerinius (l. c.) videturque hic numus aequa lege Prianſum revocandus cum inſcriptione ΠΡΙΑΝCΙΕΩΝ.

RAVCVS. Huc pertinet numus inſcriptus ΓΑΥΚΙΩΝ. loco ΡΑΥΚΙΩΝ. quem Harduinus (Num. Ant. Pop. et Vrb. ill. p. 184. adfert ex Cimelio Regio cum capite Iovis, melius Neptuni, et cum duobus Delphinis in averſa, et quem ipſe attribuit Glauciae Ioniae, Stephano memoratae.

SAXVS. Numi inſcripti ΡΑΞΙΩΝ. vel ΣΑΞΙΩΝ. ſunt verius Axi ejusdem Cretae.

SYBRITIA. Numus anepigraphus et incertus M. Hunt. Tb. 66. fg. 28. collatis aliis ſimilibus inſcriptis ΣΥΒΡΙΤΙΩΝ. jam reſtitutus fuit huic urbi ab Eckhelio.

TANOS. Numum M. Theup. p. 1301. inſcriptum ΤΑΝΙΩΝ. pro ΙΤΑΝΙΩΝ. eſſe Itani ejusdem Cretae, jam notavimus — Quem Pellerinius (Rec. III. Tb. 100. fg. 57.) inſcriptum ΤΑΝΟΣ. cum typo aquilae, dubium pro hac ſtatione cenſemus. Nam ΤΑΝΟΣ. poteſt eſſe nomen Magiſtratus, uti ΚΥΔΑΣ. in numis aliis cum typo aquilae, et quos Cnoſſo ejusdem Cretae tribuere ſolemus.

TEGEA. Autonomi varii huic Tegeae a Pellerinio adjudicati (Rec. III. Tb. 100. fg. 58 — 61.) Tegeae Arcadiae ab Eckhelio reſtituti fuere (Num. Vet. p. 141.)

THENAE. Numi inſcripti ΘΕΝΕΩΝ. nimis obiter meminit Holſtenius ad Stephanum p. 134.

TYLISSVS. Numi inſcripti ΤΥΛΙΣΙΟΝ. (retrograde) qui poſt Liebium ab aliis omnibus antiquariis Tyli Thraciae contributi fuere, huc pertinent, ex ſententia Eckhelii. Perperam Minervinus numos ſimiles Teleſiae Campaniae tribuendos putavit.

NB. Dantur numi ſimiles ex argento et aere valde ſuſpecti, vel ſpurii.

MYLAE. Inſulae vicinae Cretae, quo referendus Froelichio (Not. Elem. p. 102.) videtur numus, in quo ΜΥΛΑΙΩΝ. Aquila inſiſtens cippo)(Caput Iovis Æ. 3. ex M. Arigon. I. Num. Gr. Vrb. Tb. 16. fg. 158. ſed is eſt pravae lectionis, et claſſis. Legendum forſan ΣΙΝΩΠ. pro *Sinope* Paphlagoniae.

AEGIALIA inter Cretam, et Helleſpontum. Autonomus aeneus ΑΙΓΙΑΛΕΑΣ. eſt Goltzianus (in Inſ. Tb. 3. fg. 3.)

EVBOEA.

Numi aenei III. formae, in quorum antica eſt: Columba addito nonnumquam ΣΙ.)(ΕΥ. intra lauream, quos alii Euboeae, alii Siphno largiti ſunt, ex ſententia Seſtinii Sicyonis Achajae ſunt.

Alius apud Combium (M. Hunt. Tb. 27. fg. 12.) cum ΕΥ. et typo hinc Delphini, inde tridentis intra lauream, eſt nobis dubius pro hac ſtatione. Legendum potius ΣΥ. pro Sybritio Cretae.

AEDEPSVS.

AEDEPSVS. Autonomus ΑΙΔΗΨΙΩΝ, apud unum Goltzium in Graecia.

ARTEMISIVM. Numus M. Hunt. (Tb. 7. fg. 9.) Argis Acarnaniae a Combio adscriptus, restituendus huic urbi, cui convenit alius numus ab Odericio editus (Num. Graec. p. 14.) cum epigraphe ΑΡΤΕ. ΜΕΝ. et quem inter incertos ablegavit Eckhelius.

CARYSTVS. Numus Arigonii cum praetensa epigraphe ΚΑΡΙΣΤΙΩΝ. loco ΑΡΙΣΤΙΩΝ. ad Cretae Cnossum pertinet — Numus M. Hunt. (Tb. 14. fg. 14.) quem Combius Capuae Campaniae tribuit, est potius Carysti: Epigraphe in hoc numo stat pro ΚΑΡΥ. et non pro KAPV.

Mamaeae numum inscriptum ΚΑΡΥΣΤΙΩΝ. ΝΑΥΑΡΧΙ. unus Harduinus citat sine mentione typi, et musei; sed quem esse erronee lectum censemus loco ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ. cui titulus navarchidis convenit.

CERINTHVS. Autonomus ΚΗΡΙΝΘΙΩΝ. est Goltzianus (Ins. Graec. Tb. XI.)

CHALCIS. Numus Begeri (Th. Br. I. p. 489.) cum ΧΑΛΚΗΔΩΝ. pro *Chalcedone* Bithyniae, huc pertinet: sed restitue epigraphen in ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. ut in aliis similibus — Quem Paciaudus refert inscriptum ΑΚΤΙΕΩΝ. loco ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ, esse ejusdem Chalcidis, jam dictum — Quem Pellerinius (Rec. II. Tb. 80. fg. 76.) cum ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. pro *Chalcide* Syriae produxit, huic urbi muneratus est Eckhelius.

Numi imperatorii ab eodem Eckhelio pariter ex Syria avocati, huic urbi tribuendi sunt, sed ex sententia Sestinii, sunt potius *Chalcidis* Syriae, ex quibus partibus semper alii similes adlati fuere.

HISTIAEA. Numi aenei inscripti ΙΣ. typo Capri, quos Pellerinius, aliique huc traxere, sunt Issae insulae maris Adriatici.

STYRA. Numi inscripti ΣΤΥ. cum typo Conchae, et Aquilae fulmini insistentis, sunt dubiae classis et Magnam Graeciam sapiunt. Sed alium similem Stymphalo Arcadiae tributum reperimus apud Gess. Num. Pop. p. 324. ex M. Wack. cum epigraphe integra ΣΤΥΜΦΑΛΙΩΝ. quae si talis est, praedictos numos huc revocandos putamus.

INSVLAE AEGAEI MINORES EVROPAEAE.

AMORGVS. Numus aureus cum praetensa epigraphe ΑΜΟΡΓΙΝΩΝ. est Goltzianus — Alter argenteus inscriptus ΑΜ. cum typo Sphaerae, et Circini, est pariter Goltzianus — Aeneus, quem Pellerinius ex suo museo (Rec. III. p. 266.) promulgavit cum ΑΜ. et Sphaera tripodi imposita, potest esse Ambraciae Epiri. Ecquis in dubium vocavit? Nos: nam nullus numus post multos inutiles conatus ex *Amorgo* ad nos adlatus fuit.

ANDRVS. Sunt huic Insulae nonnulli numi a variis eruditis tributi, qui aliorsum sunt vocandi, alii vero aspernandi. Numus anepigraphus Chiffletii cum capite muliebri, et cum capite bovis cum infulis, et Lyrae, loco botri, sed sine metalli mentione, est numus argenteus Euboeorum, similis illi, quem vulgavit Pellerinius (Rec. III. Tb. 92. fg. 1 — Alter inscriptus ΑΝΔΡΙΩΝ, in)(ΟΦΙΛΘΕ. pro ΘΕΟΦΙΛΟΥ. est numus Apolloniae Illyrici, ut jam observavit Spanhemius T. I. p. 209. — Tertius inscriptus ΑΝΔΡΟΝΙΩΝ. ΑΛΚΙΦΟΝ. quem recitat Gesnerus ex M. de Pfau (Num. Pop. p. 236.) est numus Apameae Phrygiae, cujus vera lectio stat pro ΑΠΑΜΕ. ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ. ΑΛΚΙΟΥ. Quartus apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 89. fg. 5.) cum ΑΝΔΡΩΝ est incertae classis. Eckhelius (Num. Vet. p. 159.) e monogrammate auguratur Smyrnam, Nos Metropolim Phrygiae.

Aureus Goltzii cum typo hinc Palladis, illinc Bovis ad aram stantis, aspernandus.

Imperatorium Antonini obiter memorat Harduinus sine mentione typi. Epigraphe:

phe: ΑΝΔΡΙΩΝ. legendum forte ΑΝΤΑΝΔΡΙΩΝ.

CEOS, vel CEA. Numum ΚΕ. ΤΡΙΠΟΡΙΟΣ. a Pellerinio huc vocatum, et ab Eckhelio *Thebis* Boeotiae datum, vide in Thaſo Inſula.

Imperatorii Tranquillinae, et Gallieni inſcripti ΚΙΑΝΩΝ, huic inſulae in muſeo Theupoli p. 1058. et 1082. tributi, ſunt Cii Bithyniae.

CARTHAEA *Ceae urbs.* Haymius (Th. Br. II. Tb. 15. fg. 6.) edidit duos numos inſcriptos ΚΑΡΡΑΣ. loco ΚΑΡΘΑΙ. et perperam eos Carrhas in Meſopotamiam traduxit. Alius pariter vulgatus fuit in M. Pembrock. (P. II. Tb. 13. fg. 12.) cum epigraphe ΚΑΡΡΑΣ. ſed omnes ſunt noſtrae Carthaeae. Quem Arigonius (I. 37. 32.) edidit cum ΑΡΠΑ. et typo Botri, pro *Harpaſa* Cariae, ſi epigraphe fuit bene lecta, Arpinos Apuliae, et non hanc Carthaeam revocamus, ut Eckhelius ſtatuit. Typus botri habetur etiam in aliis certis inſcriptis ΑΡΠΑΝΟΥ.

IVLIS *Ceae urbs.* Autonomus apud Arigonium inſcriptus ΑΙΥΙ. loco ΙΟΥΛΙ. et typo Botri, et perperam Liviopoli Ponti tributus, reſtituendus huic urbi, ut monet Seſtinius. (Deſcript. Num. Vet. p. 235.) Alius apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 95. fg. 5.) cum typo Mercurii ſtantis vel Neptuni, ut videtur, et cum epigraphe vitiata ΙΥΛ . . ΩΝ. eſt potius Iuliae Phrygiae.

Imperatorium M. Aurelii inſcriptum ΙΟΥΛΙΕΩΝ. typo Neptuni, editum a Froelichio (IV. Tent. p. 198.) Pellerinius (Rec. III. p. 49.) putat hujus eſſe urbis, ſed quem eſſe Iuliae Phrygiae, jam demonſtravit Eckhelius.

CIMOLIS. Numus M. Pembr. (P. II. Tb. 14.) inſcriptus ΚΙΣΩ. pro ΚΙΜΩ. recte reſtitutus fuit huic Inſulae, dubitantis more, ab Eckhelio: et talis erat noſtra mens.

CYTHNVS. Numi argentei, aeneique a Goltzio proditi cum praetenſa epigraphe ΚΥΘΝ — ΚΥΘΝΙΩΝ. ſunt Segeſtanorum Siciliae, in quibus ſimilibus nulla addita epigraphe.

Alius apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 101. p. 76.) in quo legitur ΗΑΙΕΙΕ. pro hac Inſula, vel pro Cydonia Cretae, ut dubitat ipſe auctor, eſt pariter Segeſtanorum. Quem Neumannus (Pop. Num. I. Tb. fg. 11.) vulgavit cum ΚΥ. et typo Columbae, eſſe dubiae claſſis, profert Eckhelius. Is numus eſt ſimilis illi, cui locum inter incertos dedit Pellerinius (Rec. III. Tb. 118. fg. 3.) et quos Cytherae Inſulae reſtituendos eſſe Seſtinius arbitratur.

DELVS. Numi inſcripti ΔΗΛΙΟΥ. ΔΗΛΙΑΣ. ΔΗΛΙΩΝ. ſunt Goltziani, et nullam fidem merentur. (Tb. 17. fgg. 7 — 10. et Tb. 18. fg. 1. 2.) Aenei cum tribus aſtris et totidem lunulis, quos Goltzius, et Arigonius Delum comportant, ſunt Veliae Lucaniae, ſecundum Eckhelium, vel Venuſiae, ſecundum Seſtinium.

Imperatorii Ligoriani aſpernandi ſunt.

ICOS, cui Gueſſeme IV. p. 121. more ſolito adſcripſit numum, ΙΚΙ. inſcriptum, adpicto muliebri capite) Caput Bovis intra quadratum. Sed is numus eſt Phocidis, in quibus aliis legitur ΦΩΚΙ.

IOS. Numus Haymii, et M. Pembrockiani (P. II. Tb. 80.) inſcriptus ΚΡΗΤΩΝ. pro ΙΗΤΩΝ. huc pertinet — Numus Lucillae, in quo Vaillantius legit ΒΑΡΓΥΛΙΗΤΩΝ. loco ΙΗΤΩΝ. et perperam Bargyliae Cariae tributus, jam huic Inſulae reſtitutus fuit ab Eckhelio.

MELOS. Numi inſcripti ΜΑΛΙΩΝ. a Pellerinio (Rec. I. Tb. 27. fg. 30.) et Blondio (B. L. T. XL. p. 90.) Malienſibus Theſſaliae tributi, huc pertinent. Similem numo Pelleriniano vulgavit Panelius ex M.

Le

Le Bret, cum epigraphe ΙΔΑΛΙΩΝ. pro *Idalio* Cypri, loco ΜΑΛΙΩΝ. Alius apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 103. fg. 12.) cum ΜΑ. et typo mali punici, vel Melopeponis, pro *Methymna* Lesbi, huic Melo Insulae restituendus. Alius apud Arigonium (Tb. 59. fg. 15.) cum epigraphe hinc ΟΜΗΡΟC, inde ΜΗΛΙΕΩΝ. et typo fluvii decumbentis, videtur esse pravae lectionis pro nostra Insula. Legendum ut in numo apud Patinum p. 2. ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ. ΜΕΛΗC. Tandem numus M. Caes. Cat. I. p. 133. Nr. 3. cum epigraphe adversae exesita, in)(ΜΗ. intra lauream, conspirat cum numis inscriptis ΒΑCΙΛΕΩC. CΑΥΡΟΜΑΤΟΥ. pro Sauromate II. vel III. Bospori Rege.

In numo hujus Insulae, quem vulgavit auctor M. Theupoli p. 1282. cum ΕΠΙ. ΤΙ. ΠΑΝΚΛΕΟC. ΤΟΓ. pro 373. corrige ΤΟ. Γ. pro *tertia vice*, vel *tertium*. In alio apud Pellerinium (Rec. 104. fg. 2. cum ΝΙΚΗ. corrige ΤΥΧΗ. Pariter in aliis duobus apud Combium (M. Hunt. p. 196. Nr. 5.) cum ΤΥ. et Nr. 6. cum ΤΥΚΝ. corrige ΤΥΧΗ. In numo Elagabali apud Arigonium scripto ΜΗΛΗΩΝ. corrige ΜΗΛΙΩΝ: sed haec nova lectio dubia est: nam similis typus datur in numo Caracallae apud Vaillantium, scripto ΚΙΑΝΩΝ. pro *Cio* Bithyniae, et similem laudat Holst. ad Steph. p. 264. ex Mus. Franc. Gotifredi.

MYCONVS. Numus, in quo Pellerinius (Rec. III. Tb. 105. fg. 1.) legit. . . . ΚΩΝ. ΕΚΑΤΑΙΟΣ pro nostra Insula, pertinet ad Cnidum Cariae, et in aliis similibus legitur ΚΝΙ. vel ΚΝΙΔΙΩΝ.

NAXVS. Numi argentei apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 105. fg. 1 — 3.) sunt Naxi Siciliae. Goltzius, Begerus, Wisius consimiles edidere, et perperam ad hanc Naxum Insulam retulere.

Aenei M. Hunt. Tb. 39. fg. 13. et 14. Naxo Siciliae a Combio tributi, sunt Naxi Insulae — Argentei apud eumdem p. 210. Nr. 1 — 3. sub Naxo Insula descripti, Naxi Siciliae sunt.

Alius incertus ejusdem Musei (Tb. 68. fg. 4.) cum capite Bacchi, et cum typo Diotae in aversa, huic Insulae restituendus videtur.

PARVS. Numi argentei, aeneique inscripti ΠΑΡΙ. a summis viris eruditis huic Insulae tributi, ad Parium Mysiae pertinent. Catalogum restitutionum vide apud Sestinium (Lettere, T. III. p. 18. et Desc. N. V. p. 281.

RHENE. Imperatorium ΡΗΝΙΩΝ. cum capite Maximi dedit Tristanus (T. II. p. 455.) aliosque in fraudem induxit. Legendum in hoc ΤΗΝΙΩΝ, et est Teni Insulae.

SCYRVS. Ad hanc Insulam refert numum inscriptum ΣΚΥΡ. Musellius (Suppl. Tb. 7. fg. 4.) at vero Neumannus (Pop. Num. I. p. 163.) Dyrrhachio contribuit eumdem numum cum urbis ΔΥΡ. adpellatione, et magistratus nomine integro ΣΚΥΡΘΑΝΑ.

Alius argenteus ΣΚΥΡΙΩΝ. est Goltzianus.

SERIPHVS. Aureus ΣΕΡΙΦ. est Goltzianus. Alii argentei cum epigraphe plena ΣΕΡΙΦΙΩΝ. sunt pariter Goltziani, sed tam ille, quam isti, sunt similes illis genuinis inscriptis tantum ΣΕ. sed pendet lis, si vere sint hujusmodi numi nostrae Insulae — Numi, quos recitat Gessnerus Tb. 60. fg. 27. **. p. 118. ex M. de Pfau, cum ΣΕΡΥΦΙΩΝ. vel ΣΥΡΙΦΖΙ. sunt Cyzici Mysiae, in quibus legitur ΚΥ/ΖΙ. intermedio monogrammate, vel nomine magistratus decurtato. Sunt certi hujus Insulae numi inscripti ΣΕΡΙ. cum capite Persei, et Harpae, vel Capitis Medusae.

SIPHNVS. Numi inscripti ΣΙ. cum typo *Chimaerae*, et *Columbae stantis*, sunt *Sicyonis* Achajae. Certi hujus Insulae habent ΣΙΦ. ΣΙΦΝ.

SYRVS. Numulus aureus M. Theupoli cum ΣΥΡΙΩΝ, est dubiae Lectionis, loco ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ, ut opinatur Eckhelius.

TENVS. Huc revocandus numus Maximi inscriptus ΡΗΝΙΩΝ. loco ΤΗΝΙΩΝ.

THERA. Numus Pellerinii (Rec. III. Tb. 93. fg. 9.) cum ΘΗΡΑ. est *Corcyrae* Insulae.

ASIA.

BOSPORVS CIMMERIVS.

PHANAGORIA. Numus apud Arigonium (I. Num. Pop. Tb. 21. fg. 206.) et alter apud Musellium (Num. Pop. Tb. 18. fg. 3. p. 35.) cum ΤΑΝΑΓΡΙΤΩΝ. pro ΦΑΝΑΓΟΡΙΤΩΝ. et perperam uterque *Tanagrae* Boeotiae tributus, huc pertinet.

Alius incertus M. Caes. (Cat. I. p. 289. Nr. 35. Tb. VI. fg. 12.) cum epigraphe mutila ΦΑΝΙΡΙΤ. . . . est pariter nostrae *Phanagoriae*. Quem Sestinius vulgavit (Lett. T. IV. p. 100.) inscriptum ΦΑΝΑ. esse confictum, per Literas ad nos a Cl. Cousinerio datas, intelleximus.

COLCHI.

Autonomi argentei a Goltzio (in Asia Tb. I. fg. 1. 2.) proditi cum epigraphe: ΚΟΛΧΩΝ. et ΚΟΛΧΟΙΣ. sunt numi noti *Mileti* Ioniae — In iisdem numis ex mente Harduini (Oper. Sel. p. 84.) legi oportuit ΓΟΛΓΩΝ. pro *Golgo* Cypri: sed perperam conjecit.

DIOSCVRIAS. Perperam tributus fuit huic urbi numus Musellii (Suppl. Vrb. Tb. 3. fg. 3.) cum epigraphe vitiata, vel male lecta ΤΥΕ . . ΔΙΟΣΚΟΥ. . . cum typo *Tridentis*, loco ΠΥ. ΕΠΙ. ΔΙΟΣΚΟΥΡ. quem esse *Pyli* Messeniae, jam constat. Ejusdem *Pyli* est alius numus similis apud Motraye (Voyages II. Tb. 4. Nr. 2. p. 103.)

LAZI, populus Colchidis, cui inique Arigonius (I. Tb. 46. fg. 133.) tribuit numum, in quo ΛΑΖΟΝΗΩΝ. Clava Herculis)(Caput Iovis, vel *Herculis*. Æ. 3. sed forte ΛΑ. Lacedaemonios indicat, et ΖΟΝΗΩΝ. magistratus nomen est. (Froelich. Not. Elem. p. 96.) Gesn. Pop. Num. p. 283. Sic legitur in Lexico vn. Rei Num. litera L. p. 1528. Dicam autem reponendum in hoc numo ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. pro *Clazomene* Ioniae. Similem vide apud Pell. (Rec. II. Tb. 56. fg. 17.)

PHASIS. Numus Arigonii (Tb. 18. Nr. 177.) inscriptus ΦΑ. cum typo Diotae, est *Phari* Insulae Adriatici maris.

PONTVS.

AMASIA. Numus Arigonii (Num. Graec. Vrb. Tb. 16. fg. 154.) inscriptus ΜΙΛΕΣΕΙΩΝ. loco ΑΜΑΣΕΙΑΣ. et *Mileto* Ioniae tributus, huc pertinet.

Imperatorius Claudii, in quo Harduinus (Op. Sel. p. 149.) vidit concordiam cum Sardibus, ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΑΜΑΣΕΙΑΣ, loco ΜΝΑΣΕΑΣ. (in aliis legimus ΑΜΑΣΕΑΣ.) est tantum *Sardium* Lydiae.

In aliis Hadriani, et Antonini Pii Vaillantius legit ΑΛΗΣΕΙΤΩΝ. pro *Alesiis* Laconiae, quae lectio suspecta, Pellerinius esse ΑΜΑCΕΙΤΩΝ. conjecit: sed infirma conjectura. Nos verisimilius Odessi Thraciae esse putamus.

Restituendus tamen huic urbi numus Commodi, perperam *Adramytio* Mysiae tributus ab auctore M. Theupoli, qui legerat ΑΔΡΑΜ. ΜΗΤΡ. &c. pro ΑΔΡ. ΑΜ. ΜΗΤΡ. &c.

AMISVS, dicta etiam PIRAEA. Numi argentei antiquioris aevi, et inscripti constanter in *Ex-ergo* ΠΕΙΡΑ. addito in area magistratu,

tu, ab Antiquariorum agmine variis urbibus tributi fuere; praesertimque Haymius (Th. Br. I. Tb. 23. fg. 4.) protulit unum cum ΑΓΡ. in area, et cum epigraphe exesa in *Ex-ergo*, sed *Argos* respexit: Alii *Agram* Arabiae: alii autem *Agras* Atticae.

In numo M. Pembr. (P. II. Tb. II. fg. 5.) legerunt ΗΕΠΕΙΡΑ. loco ΗΕ in area, et ΓΕΙΡΑ. in exergo, et *Hepira* urbs ignota condita fuit — In numo Pellerinii (Rec. I. Tb. 26. fg. 14.) est ΚΤΗ. pro *Ctemene* Thessaliae: In alio (ib. Tb. 22. fg. 3.) est ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. pro *Demetrio* Poliorcete. In alio simili M. Caes. Cat. I. p. 141. Nr. 7. sub Sinope. In alio apud Eckhelium (Num. Vet. pag. 308. Tb. 16. fg. 9.) est ΜΝΑΣ. pro incerta patria, posteaque in Cat. M. Caes. ib. Nr. 6. pro *Sinope*. In alio apud Dutensium (Expl. de quelq. med. p. 51. Tb. 2. fg. 4.) est ΣΩΧΑ. pro *Sinope* Paphlagoniae. In alio apud auctorem Cat. Enner. (p. 81. Nr. 167.) est ΣΑΧ. pro *Patris* Achajae. Tandem apud Combium (M. Hunt. Tb. 41. fg. 22 — 25.) sunt inscripti in *Ex-ergo* ΠΕΙΡΑ. pro PEIRAE Achajae; pro quibus omnibus numis sententia Eckhelii stat pro *Sinope* Paphlagoniae, ut Dutensius animadvertit, sed nostra pro nostra ΠΕΙΡΑΙΑ. cum favent epigraphe constans ΠΕΙΡΑ. et typus Colonorum Atheniensium.

CERASVS. Imperatorium M. Aurelii mendose vulgavit Spanhemius cum epigraphe ΚΕΡΑϹΟΥΝ. ΤΙΑΝΕΩΝ. loco ΚΕΡΑϹΟΥΝΤΙΩΝ. ΕΤ. Η. quem Harduinus perperam pro numo Concordiae hujus *Cerasuntis*, et *Tii* Bithyniae proposuit.

COMANA. Imperatorii Graeci inscripti ΚΟΜΑΝΕΩΝ, vel ΙΕΡΟΚΑΙϹΑΡΕΩΝ. ΚΟΜΑΝΕΩΝ. vel ΚΟΝΑΝΕΩΝ. incertae sedis sunt, si alii nomine Coloniae huc pertineant. Diversimode ad Comanam Pisidiae spectare videntur.

LIVIOPOLIS. Numus Arigonii (I. Tb. 47. fg. 136.) inscriptus ΛΙΥΙ. loco ΙΟΥΛΙ. et obscuro huic loco datus, *Iulidi* Ceae Insulae urbi restituendus, ut ex aliis certis a Sestinio proditis constat.

MACROCEPHALI. Numi Goltziani (Tb. I. fg. 3 et 4.) inscripti ΛΑ Ꝁο vel additis literis ΚΕΦΑΛ. pro ΜΑΚΡΟ. et ΜΑΚΡΟΚΕΦΑΛ. sunt *Corcyrae* Insulae, ut jam diximus.

NEOCAESAREA. Restituendus huic urbi numus Gordiani, in quo Auctor Cat. Enner. male legit (pag. 556. Nr. 3750.) ΚΟΙ. ΠΟΝΤ. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙϹΑΡΙΑ. ΕΤ. ΡΟΗ. pro *Caesarea* Cappadociae, cujus vera lectio esse debet. ΚΟΙ. ΠΟΝΤ. ΜΗΤ. ΝΕΟΚΑΙϹΑΡΙΑ. ΕΤ. ΡΟΗ.

In numo Gallieni apud Arigonium male legitur a Tanino (Suppl. ad Band. p. 77.) ΚΑΙϹΑΡΙΑϹ. ΜΗΤ. ΝΕΟ. ΕΤ. ΒϘϹ. pro *Caesarea* ad Anazarbum, loco. ΜΗΤ. ΝΕΟΚΑΙϹΑΡΙΑϹ. ΕΤ. ΡϘΘ. pro nostra *Neocaesarea*.

PHILOCALEA. Numus apud Combium (M. Hunt. Tb. 43. fg. 18.) cum epigraphe ΦΙΛ... ΚΑΛ. *Clava* intermedia, est dubiae classis. Eckhelius *Callatiae* Sarmatiae eum adjudicavit.

PHINEVM. Numus Arigonianus (M. I. Vrb. Gr. Tb. 19. fg. 179.) inscriptus ΦΙΝΕ. typo tripodis, quem Froelichius (Not. Elem. p. 85.) huic loco tribuit, pravae lectionis esse videtur. Quem Goltzius proposuit (in suo Thes. p. 226.) cum ΦΙΝΕΙΕΩΝ. aspernamus.

POEMANIVM, est in Geogr. Numis. a Wackero edita. Et in Lex. Raschiano legitur: *Poemes*, vel *Poemanius* nomen herois, forte a monte Poemen Ponticae regionis ita dicti: ΠΟΙΜΗϹ. Caput virile nudum imberbe)(ΑΡ. . . ΕΤ. . . ΑΝ. . . *Figura stans d. pileum*, *s. scipionem*, vel *sceptrum*. Æ. 2. M. Pembr. II. Tb. 39. fg. 8. Hic numus valde extritus est similis illi, quem Pellerinius edidit cum capite Tra-

 jani

jani sub *Poemanenis* Mysiae. (Suppl. I. Tb. 2. fg. 4.)

SEBASTOPOLIS. Putabat aliquando Pellerinius (Rec. III. p. 256.) numum Domnae inscriptum ϹΕΒΑϹΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. tribuendum *Myrhinae* Aeolidis, quae teste Plinio *Sebastopolis* vocabatur, sed idem serius in eamdem hanc Ponti *Sebastopolin* consensit (Suppl. I. p. 50.)

SMAETA. Numus Domnae editus ab Harduino (Op. Sel. p. 157.) cum epigraphe ϹΜΑΙΤΩΝ. ΕΤ. ΡΜΒ. loco ΖΗΛΙΤΩΝ. ΕΤ. ΡΜΒ. est *Zelae* Ponti.

TIMOLIS. Autonomus M. Pembrock. (P. II. Tb. 31.) inscriptus ΤΙΜΩΛΙΣΩΝ. loco ΠΙΜΩΛΙΣΩΝ, est *Pimolisae* Ponti.

TRAPEZVS. Autonomos duos vulgavit Goltzius cum ΤΡΑΠΕΖΟΥΝΤΙΟΥΝ. quorum unus cum typo Ancorae, sed ab eo turpiter interpolatus, conspirat cum numis argenteis Abydi. Alter est certe confictus.

TRIPOLIS. Numi Trajani huic Castello adjudicati a Pellerinio (Rec. III. p. 206.) sunt Tripolis Cariae.

ZELA. Numus Domnae cum ϹΜΑΙΤΩΝ. loco ΖΗΛΙΤΩΝ. huc pertinet, ut supra in *Smaeta* dictum.

Numus Getae cum ΖΗΤΙΤΩΝ. pro ΖΗΛΙΤΩΝ. huc pertinet. Iste numus editus fuit in Sylloge Num. Ant. Anonymi Auctoris Londinensis 1708. (Tb. IV. fg. 3.) sed a nemine alio citatus fuit.

Numus Trajani apud Haymium (Th. Br. p. 266. Tb. 32. fg. 4.) est *Smyrnae* et *Asiae* in Concordia.

REGES

PONTI ET BOSPORI CIMMERII.

MITHRIDATES V. EVERGETES Rex Ponti.

Numum ΒΑΣΙΛΕ... ΜΙΘΡΙΔΑ... ΦΙΛΟ... quem eruditi huic Mithridati tribuunt, quaere in moneta Regum Armeniae.

PHARNACES II. Rex Bospori, subinde et Ponti. In numo hujus regis scripto ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΒΑΣΙΛΕΩΝ. ΜΕΓΑΛΟΥ. ΦΑΡΝΑΚΟΥ, Patinus ad Suet. (p. 25.) pro ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΒΑΣΙΛΕΩΝ. legit ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΟΣΣΑΝ. sed deceptum fuisse virum eximium jam ostendit Bozius (Hist. B. L. T. XII. p. 292.)

Numus aeneus inscriptus ΦΑΡΝΑΚΟΥ. loco ΑΜΙΣΟΥ. et a Begero (Th. Br. I. p. 271.) huic regi tributus, si genuinus, ut videtur, est unus ex Amisi obviis.

RHESCVPORIS I. Restituendus huic Regi numus dubius, quem vulgavit Haymius ex mus. D. Wren (Th. Br. P. I. p. 242. edit. Lond.) cum capite Caligulae in adversa, et cum capite Regis incerti in aversa, et quem esse Antiochi Commageni, vel Polemonis suspicabatur: sed is numus est similis illi, quem Sestinius edidit in Descript. Num. Vet. p. 239. et in quo legitur hinc ΠΑΝ. in monogrammate, inde IB.

MITHRIDATES. Numum aeneum: ΝΕΡΩΝΑ. ΚΑΙΣΑΡΑ. . . . . . *Caput Neronis*)(ΕΠΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΜΙΘΡΙΔΑΤΟΥ. *Bilanx*; non esse hujus Mithridatis, jam enim ante Neronem regnum amisit, sed inscriptum Claudium Mithridatem esse magistratum urbis cujuspiam Asiaticae, jam probavit Caryus, (Hist. de Rois du Bos. p. 53.) Verum hunc numum *Prymnesso* Phrygiae restituit Sestinius. Des. Num. Vet. p. 239.

PAPHLAGONIA.

AMASTRIS. Ad hanc urbem probabiliter pertinet numus Arigonii (Tb. 59. fg. 15.) cum hinc ΟΜΗΡΟϹ, et illinc ΜΗΛΙΕΩΝ. et typo *fluvii decumbentis*, pro *Melo* Insula maris Aegaei: sed is numus est similis illi

illi a Patino edito (Num. Impp. p. 8. m.) in quo legitur hinc ΟΜΗΡΟϹ, inde ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ. ΜΕΛΗϹ.

CYTORVS. Autonomi aenei ΚΥΤΩΡΙΩΝ. sunt Goltziani (In Inſ. Tb. 11. fg. 1. et 2.)

GERMANICOPOLIS. Numus Domnae, quem ex M. Reg. Sueciae vulgavit Vaillantius cum ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΗϹ cum typo *Veneris cum Cupidine*, pro *Germanicia* Commagenes, huc pertinet. Nam in alio ſimili ex M. Sabbatini idem Vaillantius recte legit: ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΕΩϹ. ΕϹΤΙΑϹ. ΘΕΩΝ. Perperam in eodem Numo ΓΕΡΜΑΝΙΚΗϹ. ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. ΘΕΩΝ. legerunt Havercampus (Tb. 26.) Holſten. (Not. in Steph. p. 84.) et Spanh. (p. 590.) et abſurde, uti Vaillantius, eidem *Germaniciae* tribuerunt.

NEOCLAVDIOPOLIS. Numus Caracallae, in quo Harduinus legere mavult ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΟ. loco ΝΕΟΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. et perperam *Claudiopoli* Bithyniae adſcriptus, eſt hujus *Neoclaudiopolis*, cui antea eumdem numum adjudicavit Triſtanus. Tom. II. p. 214.

SINOPE. Huc revocandus numus M. Pembr. (P. II. Tb. 28. fg. 8.) qui eſt ſimilis illi edito a Seſtinio (Lett. Vol. II. Tb. IV. fg. 23.) et quem reperimus deſcriptum in Lexico vn. rei Num. T. IV. P. II. p. 1113. ſub voce ΣΙΟΝ. in *angulis quadrati flore intermedio* loco *rota*)(ΦΡΕΙΑ. *Bos Cornupeta ſtans*. AR. 2. ſed corrige ΣΙΝΩ. et ΦΛΕΙΑ. retrograde. Huc pariter pertinet alius numus M. Pembrock. (P. II. Tb. 13. fg 1.) in quo lectum ΚΑΣΙΝΩ. pro *Caſino* Campaniae, loco ΣΙΝΩ. et ΚΑ — Numi alii argentei inſcripti conſtanter in *Ex-ergo* ΠΕΙΡΑ et male ab Eckhelio huic urbi adjudicati, ſunt Piraeae Ponti, quae olim *Amiſus* ſic dicta fuit.

Imperatorius Auguſti, cum capite I. Caeſ. inſcriptus C. I. C. XXXVI. quem pro *Colonia Iulia Carthago*, edidit Vaillantius (Col. I. p. 2.) eſt *Sinopes*, Coloniae nomine. Perperam Harduinus eumdem numum jam Coloniae *Iul. Caeſareae*, jam *Corintho* attribuit. (Num. Vet. p. 111. et Oper. Sel. pag. 44.)

Alius apud Pellerinium (Mel. I. p. 250. Tb. 16. fg. 3.) cum Capitibus *Auguſti*, *M. Antonii*, et *Octaviae*, eſt numus *Auguſti* cum capitibus *Caii* et *Lucii* Caeſarum.

Idem numus apud Froelichium (4. Tent. p. 89.) vel Adp. duae Novae. 1744. in 8°. (p. 3.) cum capitibus *Auguſti*, *M. Antonii*, et *Cleopatrae*, eſt idem numus ut ſupra.

Numus apud Seſtinium (Lett. T. IV. p. 101.) cum capite Claudii, eſt Neronis, ut melius vidit Eckhelius.

Numus Trajani apud Geſsn. Impp. (Tb. 79. fg. 71.) Triſtan. (I. p. 401.) Mdb. p. 165. cum SINOPENSIVM. eſt STOBENSIVM Macedoniae.

BITHYNIA.

Numi cum Magiſtratu Romano.

Numus Morellii (in Familia Vibia) inſcriptus ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. cum capite I. Caes. nudo, in)(ΕΠΙ. ΓΑΙΟΥ. ΟΥΙΒΙΟΥ. ΠΑΝΣΑ. Victoria gradiens, apud Vaill. (Num. Graec. p. 1.) eſt ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. apud Gallandum eſt ΝΙΚΑΙΕΩΝ. (Wolterek. Electa p. 80.) At excluſa Vaillantii lectione, poteſt eſſe vel Nicomediae, vel Nicaeae, non cum capite nudo I. Caeſ., ſed cum capite muliebri, vel Bacchae, vel Nymphae.

Numi cum Proconſulum nomine. Numi Claudii inſcripti Λ. ΜΙΝΔΙΟΣ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ. ΠΑΤΡΩΝ. perperam *Patris* Achajae tributi, vel *Corintho*, ſunt omnes Bithyniae proconſularis, id eſt vel Nicomediae, vel Nicaeae, ob id confer Eckhelium in Prolegomenis ad Bithyniam.

In numo Domitiani male vidit Vaillantius: ΕΠΙ. ΠΡΟ. ΕΜΙΛΙΟΥ. ΑΝΤΩΝΙΟΥ. ΝΑΖΩΝΟΣ. ΒΙΘΥΝΙΑ. loco ΕΠΙ. Λ. ΑΝΤΩΝΙΟΥ.

ΝΙΟΥ. ΝΑΣΩΝΟΣ. ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ. &c. Harduinus eumdem numum aliter legit, at non minus inique, et Rhodum transfert.

In numo Faustinae Sen. Haymius (Th. Br. II. p. 284.) male legit ΕΠΙ. ΑΝΤ. ΝΥCΩΝΟC. ΠΡ. CΕΒ. ΑΝΤΙ. Β. ΚΙ. (sic) ΠΟΝΤΟΥ. pro ΕΠΙ. ΑΝΤ. ΖΗΝΩΝΟC. ΠΡ. CΕΒ. ΑΝΤ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤ. et quem esse *Philippopolis* Thraciae, in hac dictum.

ALYATTA. Numus Panelii ex museo le Bret cum ΑΛΥ. tantum, est potius *Alyziae* Acarnaniae: sed aliquot post annis ipsum numum produxit inscriptum plene ΑΛΥΑΤΤΗΝΩΝ. quae lectio si vera est, militat pro nostra *Alyatta*.

APAMEA. Imperatorii nomine Coloniae, inscripti C. I. C. A. a Vaillantio *Carthagini antiquae*, ab Harduino jam *Caesaraugustae* Hispaniae, jam *Corintho* tributi fuere: At Bellejeus omnes huic *Apameae* restituit.

Numus Philippi Iun. cum C. I. CALPE loco C. I. C. A. APA. a variis auctoribus *Calpi* Baeticae vel *Calpis* Bithyniae perperam adjudicatus, huc pertinet.

BITHYNIVM, quod et CLAVDIOPOLIS. Imperatorius Antonini, quem Harduinus restituit ex falsa Occonis lectione ΜΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. in ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΕωκ. male ad hunc locum refertur.

Alius Caracallae, in quo Harduinus legit ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΝΕΟ. et Vaill. ΝΕΩ. pro *Claudiopoli* Isauriae, est *Neoclaudiopolis* Paphlagoniae, juxta veram lectionem Tristani.

Numi Gordiani, et Tranquillinae ΚΛΑΥΔΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. ab Harduino vulgati sine mentione typi, et Musei, dubiae fidei sunt.

CAESAREA. Huic urbi nulla sedes in Geographia Numismatica a Sestinio adsignatur. Nam numi Autonomi Pellerinii, Panelii, et Sestinii cum ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. vel ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. sunt *Caesareae* Cappadociae.

Imperatorii cum capite Augusti, Lucii Caes., Claudii, et Neronis inscripti tantum ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. sunt *Trallium* Lydiae; Confer *Sest. Des. Num. Vet.* p. 247.

Numus Vaillantii cum capite Caracallae, et inscriptus ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. ΚΙΒΥΡΑΤΩΝ. pertinet tantum ad *Cibyratas* Phrygiae, et non ad concordiam inter hanc *Caesaream* et *Cibyram*.

CALPAE. Numus Philippi Iun. inscriptus C. I. CALPE. perperam his *Calpis* ab Holstenio datus (Not. ad Steph. p. 156.) Coloniae *Apameae* est, ut jam diximus.

CHALCEDON. Numi Goltzii, et Begeri cum praetensa epigraphe ΧΑΛΚΗΔΟΝΩΝ. vel ΧΑΛΚΗΔΩΝ. loco ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. et typo *Lyrae intra quadratum*, sunt *Chalcidis* Euboeae, ut vidit Pellerinius Rec. II. p. 23.

Numus aureus anepigraphus a Pellerinio huc refertur, sed est dubius pro hac serie.

Numus aeneus mutilus M. Pembr. (II. Tb. 13. fg. 6.) cum ΚΑΛ.... ΑΘ... inter *Spicam* et *pharetram*, quem Gusseme erronee describit sub voce *Calos portus* Scythiae Europaeae in Euxino super Tauriscos, est potius *Chalcedonis*. In numo extrito est facile videre ΑΘ. pro ΔΟ. et tunc legendum censetur ΚΑΛχαΔΟνιων.

CIEROS. Autonomus inscriptus ΚΙΕΡΕ. a Pellerinio (Rec. II. Tb. 41. fg. 13.) *Prusiadi* ad Hypium tributus, est dubiae lectionis, et classis.

CIVS. Autonomi argentei hujus urbis diu cogniti, sed arbitrio Antiquariorum per varias urbes ducti: Tandem a Sestinio huc omnes vocati fuere, et sunt sequentes, videlicet: Numus apud Begerum (Thes. Br. T. I. p. 276.) cum ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΟΣ. pro *Posidonio* Philosopho. Similis apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 67. fg. 33.) pro *Cnido* Cariae — Similis apud Wisium

(Cat.

(Cat. Num. Bodl. p. 342.) pro incerta patria.

Alius apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 26. fg. 9.) cum ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ. pro *Demetriade* Theſſaliae — Similis apud Combium (M. Hunt. p. 194. Nr. 2.) pro *Megara* Atticae.

Alius apud eumdem Comb. (ib. Nr. 3.) cum ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ. pro *Megara* Atticae.

Alius M. Pembr. (P. II. Tb. 25. fg. 12.) cum ΠΡΟΞΕΝΟΣ. pro *Proxenopoli* Aegypti, vel pro *Proxita* Inſula, juxta deliria Guſſemii.

Alius apud Combium (ib. Nr. 1.) cum epigraphe incerta ΒΑΚ. ΜΕΓΑ. pro *Megara* Atticae, cui fere conſentit Neumannus, (P. II. p. 225.) ſed male.

In numo Severi Haymius (Th. Br. II. Tb. 39.) legit CΕΥΗΡΟΥ. ΒΑCΙΛΕΥΟΝΤΟC. Ο. ΚΟCΜΟC. ΕΥΤΥΧΕΙ. ΗΛΚΑΝΟΥ. ΚΙΑΝΟΙ. et Harduinus (ad Plin. Tom. I. p. 289.) pro eo legit ΗΑΦΑΡΓΟΥ. At quid de hoc vocabulo, et de hac duplici lectione ſtatuendum? An corrigendum ΑΔΡΙΑΝΟΙ. ΚΙΑΝΟΙ? In numis Hadriani, et M. Aurelii legitur ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΚΙΑΝΩΝ. Cur non in iſto Severi?

Imperatorii Tranquillinae, et Gallieni inſcripti ΚΙΑΝΩΝ. pro *Cea* Inſula, ſunt hujus *Cii.* Male ſic tributi fuere ab auctore M. Theupol. p. 1058. et 1082.

EREBOEA. Imperatorius Commodi apud Vaill. Graec. p. 68. et Hard. Oper. Sel. p. 55. inſcriptus ΕΡΕΒΟΙΩΝ. cum typo *Herculis ſtantis*, eſt dubiae lectionis. Legendum in eo fors ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ. et habebis *Erythras* Ioniae, ad quas pertinet typus Herculis.

GERMANICOPOLIS. Numi Imperatorii huic urbi tributi, ſunt *Germanicopolis* Paphlagoniae.

HADRIANI. Numus M. Aurelii apud Vaill. inſcriptus ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΤΥΧΗ. pro his Hadrianis, eſt ΑΔΡΑΗΝΩΝ. ΤΥΧΗ. pro *Adraa* Arabiae. Harduinus et Vaillantius in alio numo ſimili legunt ΑΔΡΑΜΝΩΝ. et Coeleſyriae *Adramnam* male reſpexere.

In numo Commodi Harduinus (Op. Sel. p. 6.) legit pro *Concordia Adranenſium*, et *Hadrianenſium*, ſic ΟΜΟΝΟΙΑ. ΑΔΡΑΝΩΝ. ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ſed corrige: ΚΟΜΟΔΙΑνων ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΑΙΓΕΑΙΩΝ. et adde ΕΤΟΥC. ΔΛC. et invenies hunc numum ſic deſcriptum apud Vaill. cum eodem typo ab Harduino enunciato.

HADRIANOPOLIS. Autonomus M. Hunt. Tb. 2. fg. 18. cum typo *Luni*, et *Hadrianopoli* Thraciae tributus, huc potius pertinere videtur.

Imperatorius Severi, in quo Vaillantius legit ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΤ. ΒΞ. loco CΕΒΑ. et pariter Thraciae urbi adſcriptus, huc pertinet: Titulus CΕΒΑϛων. eſt nomen honorificum, et non CΤ. ΕΞ. pro Anno Epochae. *Confer Seſt. Deſcr. Num. Vet. p.* 255.

HADRIANOTHERAE. Numus Hadriani, quem edidit Patinus cum ΑΔΡΙΑΝ. . . . ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. et huic urbi male tributus, pertinet ad *Petram* Arabiae. Lege ΑΔΡΙΑΝΗ. ΠΕΤΡΑ. &c.

Numus Antinoi, in quo auctor M. Theup. p. 779 — 884. vidit ΑΔΡΙΑΝΟΥ. ΘΗΤΑ. *Hadrianus Servi*, pro ΑΔΡΙΑΝΟΥΘΗΡΑ. eſt hujus urbis.

HERACLEA. Autonomus argenteus inſcriptus ΤΕΡΣΙΚΟΝ. a Pellerinio (Rec. II. Tb. 41. fg. 4.) huic urbi adſcriptus, *Tarſo* Ciliciae reſtitutus fuit ab Eckhelio.

Alii Autonomi, et Imperatorii ſunt incerti pro hac ſtatione, ut dicetur ſub Heraclea Ioniae, et Cariae.

IVLIOPOLIS. Imperatorii inſcripti ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, additis Fluviorum nominibus in nonnullis, id eſt CΑΝΓΑΡΙΟC. et CΚΟΠΑC. ſunt potius *Iuliopolis* Phrygiae in con-

confinio Galatiae, nisi *Iuliopolis* Plinii sit eadem.

Numus Commodi apud Patinum p. 211. m. cum epigraphe vitiata . . . ΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. pro *Heliopoli* Coelesyriae, vel Aegypti, huc pertinet, et recte apud Vaill. est ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

NICAEA. Numi cum magistratu ΑΥΛΟC. ΠΟΥΠΙΟC. a Spanhemio (T. II. p. 163.) *Nicaeae* tributi, *Cyrenaicae* restituendi sunt.

Numus Vespasiani, signatus vel Nicaeae, vel Nicomediae, male lectus a Vaill. ΕΠΙ. ΠΛΑΝΚΙΟΥ. ΟΥΑΡΟΥ. ΚΟΙΝΟΝ. ΦΡΥΓΙΑΣ. ΑΠΑΜΕΙΣ. cum typo *Leonis ante Diotam* &c. loco ΕΠΙ. ΜΑΡΚΟΥ. ΠΛΑΝΚΙΟΥ. ΟΥΑΡΟΥ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. Nam idem typus exstat in aliis numis Vespasiani Nicaeae flatis.

Alius Vespasiani (M. Theup. p. 850.) cum typo *Clavae, arcus, et pharetrae*, et cum mentione M. Pl. Vari Proconsulis, *Nicomediae* tribuitur, vel *Nicaeae*, secundum Catalogos. At in parte adversae notatur Π. et in alio M. Ainsl. habetur ΠΡΟ. in monogrammate pro *Prusiade* ad Hypium.

In numo Domnae, in cujus aversa sunt capita Caracallae et Getae, Vaillantius legit ΑΥΓΟΥϹΤΙΑ. ΚΑΙ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΙΑ. loco ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. ΑΥΓ. ΓΕΤΑϹ. ΚΑΙ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΙΑ.

Numus Maximini ΕΠΙ. Ϲ Μ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ, ΝΙΚΑΙΕΩΝ. videtur male lectus a Vaillantio loco ΝΙΚΑΙΕΩΝ. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ.

PRVSIAS AD HYPIVM. Numus Augusti, in quo Eckhelius (Num. Vet. p. 190.) timide legit ΠΡΟΥϹΙΑϹ. ΤΠΙΩ. est *Temni* Aeolidis. Hanc incongruam lectionem vidit jam Cousinerius in suo numo, quem Sestinius vulgavit (Lettere T. II. Tb. V. fg. 2.)

Numi Vespasiani, et Domitiani inscripti ΠΡΟΥΣΙΕΙΣ. sine mentione Hypii, non sunt *Prusiadis* ad mare, ut Eckhelius arbitratur, sed nostrae ad Hypium, ob id confer *Sestin. Descrip. Num. Vet. p. 269.*

PYTHOPOLIS. Male Pellerinius respexit hanc urbem cum numo inscripto ΠΥΘΟ. ΣΑ. . . (Rec. II. Tb 41. fg. 16.) quem esse Insulae *Samothraciae*, jam dixit Eckhelius.

M Y S I A.

Numus Domitiani inscriptus ΜΥΣΙΑ. typo *provinciae lugentis*, quem Harduinus attribuit huic Mysiae, pertinet ad Daciam Cisdanubianam in Moesia positam, ut probavit Eckhelius.

MYSI MACEDONES. Numus male depictus apud Odericium (Num. Graec. p. 10.) et cum epigraphe dubia ΜΥϹΟ. ΜΑΚΕΔΟΝ. . . . est dubiae lectionis, et sedis.

ADRAMYTIVM. Numus Commodi (et non Caracallae, ut notatur in Lex. un. Rei Num. Vol. I. P. I. p. 76.) ab auctore M. Theupoli p. 919. vulgatus cum ΑΔΡΑΜ. ΜΗΤΡ. &c. pro *Adramytio*, loco ΑΔΡ. ΑΜ. ΜΗΤΡ. &c., jam *Hadrianae Amasiae* Ponti restitutus fuit a Khellio (Adp. alt. p. 10.)

Numus Domnae apud Vaill. cum ΕΠ. ΓΡΑΜΜΑΤ. ΑΝΤ. ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ. est nobis dubiae lectionis. Melius, si esset ΕΠ. ϹΤΡΑ. ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ. ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ.

ANDERA. Gordiani numum inscriptum ΑΝΔΕΙΡΗΝΩΝ. citat Harduinus (Op. Sel. p. 16.) ex Ligorio non optimae auctore fidei.

ANTANDRVS. Autonomus argenteus editus in M. Pembrock. (P. II. Tb. 11. fg. 3.) cum praetensa epigraphe ΑΝΤΑΝ. loco ΑΙΝΙΩΠ, ut vidit Neumannus, est *Aeni* Thraciae. Alius ejusdem Musei ib. fg. 4. cum ΑΝ. in monogrammate, et typo *Pegasi*, est Coloniarum Corinthi.

Alius huic oppido tributus a Cl. Oderico (Num. Graec. p. 1.) est *Apameae* Phrygiae.

ASSVS.

ASSVS. Numus cum capitibus Neronis et Agrippinae inscriptus ΑΡΓΕΙΩΝ. loco ΑΣΣΙΩΝ. restituendus huic *Asso* Mysiae. Is numus editus fuit in Mem. Trev. April. 1701. p. 123. et in Elect. Wolterek. (Tb. 1. fg. 4.) sub *Argo* Argolidis, sed numus ipse valde abludit ab ingenio monetae Argivae. *Confer Sest. Descript. Num. Vet. p. 213.*

Numus Concordiae cum Pionia, est dubiae lectionis, ut in hac dicetur.

COLONEI. Numus, quem Gesnerus (Num. Pop. et Vrb. p. 275.) vulgavit cum epigraphe ΚΟΛΩΝΕΩΝ. pro *Coloneis* Mysiae, de quibus Strabo, pertinet ad *Colonen* Messeniae, et in quo legendum ΚΟΛΩΝΑΩΝ, ut in alio simili edito a Pellerinio (Suppl. III. p. 103. Tb. IV. fg. 11.)

GERME. Autonomus Haymii (Th. Br. II. p. 138.) inscriptus ΙΕΡΑΣ. et huic urbi perperam tributus, ad *Epidaurum* Argolidis pertinet.

Alius inscriptus hinc ΣΕΛΕΥΚΟΥ. inde ΓΕΡΜΗΝΩΝ. loco ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ab eodem primum *Germae* huic, et Seleuco I. Syriae Regi tributus est. (T. I. p. 30.) Sed in prooemio ad Tomum II. professus est lapsum suum, numumque *Pergamo* restituit.

Coloniae numi a variis huic *Germae* tributi, ad *Germen* Galatiae spectant, excepto numo Commodi scripto C. G. I. H. P. quem perperam Harduinus Oper. Sel. p. 64. huc vocavit, et quem esse Coloniae *Parianae*, jam constat.

PAESVS. Numi inscripti ΠΑΙΣ. perperam huic Mysiae urbi tributi ab Harduino (Oper. Sel. p. 129.) et ab Haymio (Th. Br. II. p. 168. Tb. 19. fg. 5.) pertinent ad *Paestum* Lucaniae.

PARIVM. De numis tam graecis, quam Coloniae nomine signatis, et perperam aliis urbibus tributis, et huc revocatis, confer Sest. Lettere (T. II. p. 96. et T. III. pag. 18. et Descrip. Num. Vet. p. 281.) apud quem sunt sequentes restitutiones, primumque

Numi Graeci argentei.

Numus apud Parutam (Sic. Tb. 134. fg. 1.) inscriptus ΠΑΡ. pro *Paropo*, vel *Parolo* Siciliae — Idem apud Torremuzzam (Correz. alla Sic. Num. p. 38.) pro incerta patria — Idem apud auctorem M. Pembr. (P. II. Tb. 24. fg. 5.) — Idem apud Combium (M. Hunt. Tb. 41. fg. 18.) pro *Paro* Insula.

Numus M. Bodl. (Tb. 5. fg. 14.) cum ... ΠΕΙΣΙΝ . . ΠΑΡΙ. pro *Paro* Insula — Alius (ib. p. 6 — 130.) cum ΠΑΡΙ. ΧΑΙΡΙ. pro *Paro* Insula.

Numi cum Larva, et Bove stante apud Goltzium, Pellerinium, aliosque pro *Paro* Insula.

Numi Graeci aenei.

Numi apud Pellerinium, Eckhelium, Combium, aliosque cum ΠΑΡΙ. pro *Paro* Insula.

Numus M. Caes. (Cat. I. p. 193. Nr. 10.) pro *Sardibus* Lydiae.

Numus apud Goltzium cum praetensa epigraphe ΠΑΓΑΣΑΙΩΝ. pro *Pagasis* Macedoniae.

Numus apud Arigonium cum ΤΑΡΙ. loco ΠΑΡΙ. pro *Tarionis* Liburniae.

Numus apud Haymium cum ΠΥΤΙ. loco ΠΑΡΙ. pro *Pythonia* Insula maris Ionii; sed hanc restitutionem esse pariter dubiam censemus; nam in numo alio simili apud Combium (M. Hunt. Tb. 44. fg. 8.) legitur ΠΥΛ. pro *Pylo* Messeniae, cui restituendus potius videtur, quam Pario.

Numi COLONIAE nomine.

Autonomi.

Numus incertus apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 116. fg. 7.) cum typo *Diotae*, et DD.

Alius apud Morellium (Thes. in Livia Tb. 3. fg. 7 et 8.) cum epigraphe vitiata M... PIC. pro *Marco Sulpicio*, et pro Colonia *Carthagine*, vel *Hippone*, est similis aliis inscriptis MVC. PIC. IIVIR. D. D. pro nostra Colonia.

Imperatorii.

Augusti. Nummulus III. formae apud auctorem M. Theup. p. 653. cum AVG. in adversa, et in)(*duo Coloni una boves agentes*, pro *Patris* Achajae.

Augusti et Agrippae. Numus apud eumdem p. 657. pro incerta Colonia — Idem apud Morellium pro Colonia *Babba* — Idem apud Pellerinium (Rec. I. p. XXII.) pro Colonia *Carthagine*, indeque mutata mente (Additions aux IX. Vol.) pro *Parada.*

Drusi. Apud Auctorem Catal. D'Hennery. Nr. 4002. pro incerta Colonia.

Domitiani. Apud Gesn. (Tb. 66. Nr. 7.) ex Piovene T. IX. M. Parm. pro incerta Colonia.

Trajani cum capitibus Plotinae, et Marcianae in aversa apud Vaillantium (I. p. 219.) pro Colonia incerta.

Antonini Pii cum capitibus M. Aurelii et Faustinae Iun. in aversa apud Pellerinium (II. Suppl. Tb. 2. fg. 13.) pro incerta patria.

Numi alii Imperatorii inscripti C. G. I. H. P. vel PA. pro *Colonia Gemella Iulia Hippo Pia*, sic male explicati, et tributi *Hipponi* Numidiae a Vaillantio, aliisque auctoribus, jam nostrae Coloniae restituti fuere a Belleyo.

Commodi numus cum C. G. I. H. P. apud Harduinum (Oper. Sel. pag. 64.) pro *Germe* Mysiae, quae numquam fuit Colonia, sed illa Pisidiae, huc pertinet.

Gordiani Pii apud Patinum. (p. 1370.) pro incerta Colonia.

Gallieni apud Auctorem M. Theup. (p. 769.) cum COL. IVL. HAD. P. AP. loco PAR. pro incerta Colonia.

Valeriani Iun. apud Haymium (Th. Br. II. Tb. 26. fg. 3. edit. Lond.) est potius Valeriani Sen.

Numi autonomi et Imperatorii extorres.

Numus argenteus apud Wisium (Cat. Num. Bodl. p. 6.) cum .. A. et Ancora, pro Pario, vel pro Paro Insula, est Abydi Troadis.

Numus apud Begerum (Th. Br. I. p. 435.) cum ΠAP. in monogrammate et typo Pegasi, pro *Pario*, est *Corcyrae* Insulae.

Numi Antonini Pii, et M. Aurelii cum COL. PARIA. IVL. AVG. sic lecti, et proditi a Belleyo, et Vaillantio pro nostra Colonia, sunt *Parlaidis* Pisidiae.

Gusseme more solito huc amandavit numum L. Veri inscriptum COL. IVL. AVG. PARLAIS. quem esse Parlaidis, jam dixit Haymius.

Numus M. Aurelii apud auctorem M. Theup. cum epigraphe ΠAPIΩN. et perperam *Pario* tributus, est *Pari* Insulae — Numi alii M. Aurelii cum epigraphe dubia apud Arigonium (II. Tb. 15. fg. 174.) pro *Pario*, neque possunt esse hujus urbis Mysiae, quae jam erat Colonia, neque *Pari* Insulae, sed potius *Pergae* Pamphyliae.

PERGAMVS. De numis inscriptis ΣEΛEYKOY. vel MIΘPIΔATOY. ΠEPΓAMHNΩN. pro Seleuco I. Syriae rege, vel pro Mithridate Pergameno, et quae sunt nomina Magistratus urbis, jam suis locis dictum fuit.

In numo inscripto, EYPYΠYΛOC. HPΩC. alii perperam legerunt CAΛAMINΩN. loco ΠEPΓAMHNΩN.

Imperatorius I. Caesaris inscriptus ΠEPΓAMHNΩN. &c. est numus autonomus cum NIKOMEΔEΩN. EΠI. ΓAIOY. OYIBIOY. ΠANΣA. &c.

Numus

Numus Augusti apud Vaillantium cum Μ. ΦΟΤΡΙΟΣ. ΙΕΡΕΤΣ. ΚΑΙ. ΑΣΙΑΡΧΗΣ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. apud Pellerinium est Μ. ΦΟΤΡΙΟΣ. ΙΕΡΕΤΣ. ΚΑΙ. ΑΡΧΩΝ. &c. Sed in numis M. Cousin. legitur Α. ΦΟΤΡΙΟΣ. ΓΤΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣ.

In aliis numis Augusti inscriptis ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΔΗΜΟΦΩΝ. in)(ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΙ. ΣΙΛΒΙΑΝΟΝ. male legerunt nonnulli viri eruditi ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. loco ΣΙΛΒΙΑΝΟΝ. vel ΚΟΜΟΔΟΝ. pro ΔΗΜΟΦΩΝ.

Alius Augusti apud Vaillantium, cum capitibus *Caii* et *Lucii* in aversa, et cum epigraphe: ΕΠΙ. ΔΙΟΝΤΣΟΤ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΤ. ΤΙΟΙΣ. est pravae lectionis, ut dicetur in numis *Magnesiae* Lydiae.

Imperatorius Caligulae apud eumdem Vaillantium, cum ΠΕΡΓΑΜ . . . ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ. ΔΡΟΤΣ. est dubiae lectionis, loco ΣΜΤΡΝΑΙΩΝ.

In numo Trajani Vaillantius vidit ΖΕΤC. ΠΕΙΟC. sed in aliis similibus legitur ΖΕΤC. ΦΙΛΙΟC.

Numi Caracallae cum mentione *Praetoris* Tiberii Claudii Alexandri *Theologi*, sunt potius Elagabali, nam eadem epigraphe habetur in numis Iuliae Maesae.

PERPERENE. Numi M. Aurelii proditi in M. Pisani (Tb. XX. fg. 3.) in M. Florent. ab Holst. in notis ad Steph. (p. 246.) in Catalogo Ennerii (p. 408.) cum dubia lectione, vel corrupta vel male a viris eruditis excepta, conspirant omnes cum numo Commodi inscripto ΕΠΙ. ΑΤΡ. ΚΕΛ. ΙΕΡΕΩC. ΔΙΑΒΙΟΤ. ΤΩΝ. CΕΒ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

Numus Hostiliani a Froelichio vulgatus (4. Tent. p. 344.) cum epigraphe mutila, dubius est pro hac classe, et in quo legendum fors ΠΕΡΓΑΙΑC. ΑΡΤΕΜΙΔΟC. ΑCΤΛΟΤ. et non ΔΙΟΝΤCΙΟ.

PIONIA. Imperatorius Domnae: ΕΠΙ. CΤΡ. ΑΤΡ. ΑCCΙΩΝ. ΠΙΟΝΙΤΩΝ. qui Concordiam inter *Assum* et *Pioniam* demonstrat, est nobis dubiae lectionis, et fors vera scriptura stat pro ΕΠΙ. CΤΡ. ΑΤΡ. ΑΠΙΩΝ. ΠΙΟΝΙΤΩΝ.

PITANE. Numus M. Pembrock. (P. II. Tb. 24. fg. 12.) inscriptus ΠΙΣΑΝΑΙΩΝ. loco ΠΙΤΑΝΑΙΩΝ. est hujus urbis. Perperam in Lexicis, et Catalogis numismaticis, jam *Pisanae* incerti situs, jam *Pisae* Italiae tribuitur.

Alius argenteus, vulgatus ex Ludovic. Numoph. p. 33. cum ΠΙΤΑ. et typo *Vitis, ex qua botri duo dependent*, est numus male lectus pro hac statione, sed ad *Eretriam* Euboae pertinet et vocabulum ΠΙΤΑ. stat pro Magistratus nomine.

POEMANENI. Numus autonomus, vel imperatorius cum epigraphe exesa in utraque parte, depictus in M. Pembr. (II. Tb. 39. fg. 8.) est similis numo cum capite Trajani a Pellerinio edito. Perperam in Lexicis et Catalogis Numismaticis *Poemanio* Ponti adscribitur.

Male conjecit Pellerinius (Rec. II. pag. 57.) numum Liebianum inscriptum ΠΡΑΙCΙΩΝ. esse hujus populi, et quem recte *Praeso* Cretae idem Liebius tribuit.

PRIAPVS. Autonomi, in quibus legerunt ΠΡΙΑΠΕΙΕΩΝ. vel ΠΡΙΑ — ΠΡΙΑΠΕΙωΝ. loco ΠΡΙΑΝΣΙΕΩΝ. et ΠΡΙΑΝCΙωΝ. Wildius (Sel. Num. Tb. 6. fg. 36. pag. 53.) Froelichius (Not. Elem. p. 107.) et Auctor M. Pembr. (II. Tb. 25. fg. 9 et 10.) sunt *Priansi* Cretae.

Imperatorius Hadriani, in quo Vaillantius (Num. Graec. p. 36.) et Harduinus (Op. Sel. p. 141.) viderunt ΠΡΙΑΠΕΩΝ. loco ΠΡΙΑΝCΙΩΝ. ad Priansum Cretae pariter pertinet.

SCEPSIS. Autonomi, quos Pellerinius (Rec. II. Tb. 50 — 54.) hanc urbem Ptolemaeo memoratam amandavit, sunt Scepsis Troadis.

TROAS.

ALEXANDRIA. Huc pertinet numus, quem Patinus (Impp. pag. 18.) et P. Panelius (Differt. fur une medaille d'Alexandre le Grand p. 122. Tb. VI. fg. XI.) Alexandro M. tribuunt cum epigraphe dubia, vel mutila ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. vel ΑΛΕΞ. . . . loco ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. et cum typo *Equi pascentis*, intra cujus crura K. vel KO. in monogrammate, et in imo fulmen, vel haftae pilum. Similes vide apud Seftin. Defcrip. Num. Vet. p. 298.

ABYDVS. Huc fpectat numus ab Harduino vulgatus in Plinio fuo (T. I. p. 196.) cum ΔΗ. ΝΩΝ. quod folvit in ΔΗμος ΝΩΝακριτων. pro *Nonacritis* Arcadiae: fed legendum in eo ΑΒΥΔΗΝΩΝ. ut in aliis fimilibus — Huc quoque fpectant alii numi ab Arigonio *Aryciae*, a Pellerinio *Arycandae* tributi, ut fuis locis obfervatum.

DARDANVS. Autonomus apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 52. fg. 19.) infcriptus ΔΑΡ. loco ΛΑΡ. eft Lariffae Theffaliae.

ILIVM. Numus apud Begerum (Thef. Br. III. p. 57.) cum epigraphe male lecta ΙΑΙΕΛΕ. loco ΤΥΤΕΡΕ. eft *Tudertium* Vmbriae — Huc pertinet numus Crifpinae infcriptus ΔΑΡΔΑΝΟC. ΙΛΙΕΩΝ. et non ΔΑΡΔΑΝΟCCΗΝΩΝ. pro *Dardaniffa* Armeniae, ut male Svintonus Anglus vidit. (Philof. Tranf. Vol. LVI. p. 27.)

AEOLIS.

AEGAE. Numi Pellerinii (Rec. I. p. 178.) infcripti ΑΙΓΑΕΩΝ. vel ΑΙΓΑΙΕΩΝ. pro *Aegis* Macedoniae, funt potius *Aegarum* Aeolidis.

Imperatorius Caii Caef. editus ab Haymio (Th. Br. II. p. 178. Tb. 2. fg. 5.) pro numo *Aegienfium*, cum epigraphe vitiata . . . . . ΓΙΕΩΝ. et cum Liviae capite in averfa, eft potius ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΝ. Cariae, cujus fabrica, et periftafes confpirant cum aliis numis fimilibus.

CYME. Numus Goltzii cum praetenfa epigraphe ΚΑΡΑΛΙΤΩΝ. pro *Caralis* Sardiniae, huc pertinet — Alius cum magiftratu ΙΠΠΙΑΣ. *Hippiae* Theffaliae, quae et Phalanna, a Wildio (Sel. Num. p. 75.) tributus, eft hujus *Cymes*. — Alius cum magiftratu ΔΙΟΝΥCΙΟC. apud Torremuzzam (Auct. II. ad Sicil. num. Tb. IX.) pro *Dionyfio* tyranno, eft pariter Cymaeus — Alius apud Froelichium (Not. Elem. p. 108.) cum magiftratu ΠΥΘΙΣ. addito ΚΥ. et non ΧΥ. et perperam *Pythio*, et *Chytro* Cretae urbibus ab eo tributus, eft pariter Cymaeus — Alius apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 67. fg. 38.) infcriptus ΚΥ. et typo *dimidii equi falientis*, pro *Cyone* Cariae, eft potius hujus *Cymes*. Combio praeplacet noftra Cyme. In alio fimili M. Couf. legitur loco monogrammatis, nomen magiftratus Ξ ΩΙΛΩΣ.

Autonomus M. Hunt. (Tb. 22. fg. 18.) cum epigraphe vitiata, eft HISPANORVM.

Huc pertinent, fententia Eckhelii, numus autonomus infcriptus ΑΝΘΥ. ΕΠΡΙΩ. ΜΑΡΚΕΛΛΩ. Γ. ΚΥ. et Imperatorius Vefpafiani cum ΕΠΙ. ΜΑΡΚΕΛΛΩ. ΑΝΘΥΠΑΤΩ. ΚΥ. quos Seguinus, Vaillantius, Harduinus, Havercampus unanimi confenfu in Cypro fignatos effe cenfent.

Imperatorius Neronis cum ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. et typo *equi gradientis*, quem Vaillantius *Caefareae* Palaeftinae dedit, in examen ab Eckhelio (Num. Vet. p. 202) vocatus, ad hanc *Cymen* pertinet, cum integra epigraphe ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. ΚΥΜΑΙΩΝ.

ELAEA. Autonomus a Gefsnero vulgatus ex M. Vack. cum ΕΛ. pro *Elide*, eft fimilis aliis defcriptis fub hac urbe in M. Hunt. et Coufineriano.

In nonnullis autonomis male legerunt Holftenius (Not. ad Steph. p. 108.) et Har-

Harduinus (Oper. Sel. p. 52.) ΕΠΙ. ΣΕΠ. ΣΑΛΩΝΙΟΥ. vel ΕΠΙ. ΣΤΡ. Π. ΣΑΛΩΝΙΟΥ. loco ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΠΕΛΛΩΝΙΟΥ.

Pellerinius binis locis post Harduinum contendit, in numis Caracallae et Herennii perperam fuisse lectum a Vaillantio ΣΑΛΙΤΩΝ. vel ΣΑΛΕΙΤΩΝ. pro ΕΑΛΙΤΩΝ. Recte legit Vaillantius, et perperam viderunt praefati viri eruditi, quoniam in variis aliis legitur ΣΑΛΕΙΤΩΝ. pro *Sala* Phrygiae, ut statuit Vaillantius. Magistratus *Archon* in his numis est aliud argumentum contra eos. *Confer Sest. Descrip. Num. Vet. sub Sala Phrygiae.*

MYRHINA. Autonomus Pellerinii (Rec. II. Tb. 54. fg. 24.) cum capite laureato, et cum chlamyde ad humeros, inscriptus ΑΡΧΟΜΗΛΙΟΥ. est potius Domitiani Caesaris cum epigraphe ΕΠΙ. ΑΡΧΟΝ. ΜΑΙΟΥ.

Numus Panelii (Mem. Trevoux. Oct. 1737.) cum *Neptuno delphino vecto*, in)(ΜΥΡΙΝ. et *Eques*, est Tarentinus.

Imperatorius Neronis cum ΟΜΗΡΟΣ. ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ, sic editus ab Harduino, loco ΟΜΗΡΟΣ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. restituendus *Smyrnae* Ioniae.

TEMNVS. Huc pertinet numus Augusti, in cujus adversa legitur ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΠΛΟΥΣΙΑΣ. ΥΠΑΤ. et in)(ΑΠΟΛΛΑΣ. ΦΑΙΝΙΟΥ. ΤΑΜΝΙΤΑΝ, et quem primus vulgavit Patinus (Num. Imp. p. 34.) cum ΑΜΕ. pro *Plutia* Siciliae. Havercampus (ad Parutae Sicil. p. 681.) pro *Apollonia* Ioniae. Vaillantius pro *Plutia* Siciliae. Harduinus pro *Apamea* Phrygiae. Iterumque Havercampus (in Num. Morell.) pro *Apollonia* Illyrici: Tandem Eckhelius pro *Prusiade* ad Hypium, sed Cousinerius restituit, eodemque tempore male vidit ΙΠΑΤ. pro ΥΠΑΤ.

LESBVS.

Autónomi argentei Lesbo attributi a Goltzio, in quorum uno additum fuit ΛΕΣΒΟΥ. vel ut confidenter adfirmabat Pellerinius, ΛΕΣΒΙΟΝ. inscriptum esse in alio simili musei Regii, sunt patriae Macedoniae, et forsan *Amphipolis*, quo loco frequenter reperiuntur; at in nonnullis est Littera A. *Amphipolim* indicans.

ANTISSA. Numus Haymii inscriptus ΑΝΤΙΣ. pro *Antisthene* philosopho, jam restitutus fuit huic *Antissae* a Liebio (Goth. Num. p. 162.)

ERESVS. Huc pertinet numus M. Pembr. (P. II. Tb. 9. fg. 11.) cum ΕΡ. in monogrammate, et perperam *Erbesso* Siciliae tributus.

Numus apud Pell. (Rec. III. Tb. 103. fg. 5.) cum epigraphe ΕΙΡ. et typo *Botri*, est dubiae classis, et forsan lectionis.

ISSA. Numi huic urbi tributi, sunt potius *Issae* Illyrici Insulae.

METHYMNA. Numus a Pellerinio (Rec. III. Tb. 103. fg. 12.) huc vocatus cum typo *melo-peponis*, et in)(Diota addito MA. est *Meli* Insulae.

Alius apud eumdem (ib. fg. 13.) cum ΜΕ ⊙. *intra Coronam*, est dubiae sedis — Quem *Maroneae* Thraciae dedit Combius (M. Hunt. Tb. 35. fg. 22.) cum MA. et *Diota*, esse hujus *Methymnae*, jam observatum.

Imperatorius Augusti, in quo Vaillantius legit ΜΑΓΥ. l. ΜΑΘΥ. pro *Magydo* Pamphyliae, huc pertinet.

MYTILENE. Numus, quem vulgavit Pellerinius (Rec. III. Tb. 94. fg. 1.) cum epigraphe exesa ΙΚΑΡ. l. ΜΥΤΙ. pro *Icaro* Insula, restitutus fuit huic urbi a Sestinio (Descr. Num. Vet. p. 319.

Alius apud eumdem Pellerinium (Rec. III. Tb. 123. fg. 6.) cum ΑΥΤ. in monogrammate, pro *Automala* Libyae, conspirat cum numis *Mytilenes.*

 Goltzius

Goltzius more ſolito adpoſuit in numis argenteis epigraphen ΜΥΤΙΛΕΝΕΣ. in quibus ſimilibus eſt tantum ΜΥΤΙ.

Numus, in quo auctor M. Theupoli (p. 829.) vidit caput I. Caeſaris, et Neumannus (Num. P. II. p. 32. Tb. 1. fg. 12.) Caput Dei Theophanis, pertinet ad Germanicum, et Agrippinam. Confer Seſtin. Lettere T. V. p. LXI.

Alius Sexti Philoſophi in incerta ſerie collocatus, ſignatus fuit a Mytilenaeis. *Seſt. Deſcrip. Num. Vet. p.* 319.

Numus, in quo Holſtenius (Not. ad Steph. ſub Μυτιλήνη) vidit ΟΥΛΠΙΑС. СΕΟΥ. ΜΥΤΙΛΗΝΗС. eſt dubiae lectionis. In aliis ſimilibus legitur ΠΡΩΤΗ. ΛΕСΒΟΥ. ΜΥΤΙΛΗΝΗ.

In Imperatoria Caracallae, quem Holſtenius edidit ex M. Mediceo (Not. ad Steph. p. 189) cum ΕΠΙ. СΤΡΑΓΑΜΟΥ. ΕΠΙΜΑΧΟΥ. ΛΗΝΑΙΩΝ. pro *Leno Piſatarum* regione, lege, et corrige: ΕΠΙ. СΤΡ. ΑΠΕΛΛΟΥ. Β. ΜΕΝΕΜΑΧΟΥ. ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ, ut jam vidit Harduinus (Op. Sel. p. 111.)

IONIA.

Numi Imperatorii totius Ioniae nomine ſignati, cum epigraphe ΚΟΙΝΟΝ. ΙΓ. ΠΟΛΕΩΝ. ΠΡΟΔΙ. ΟΝ. ΚΛ. ΦΡΟΝΤΩΝΟС. ΑСΙΑΡΧΟΥ. ΚΑΙ. ΑΡΧΙΕΡΕΩС. ΙΓ. ΠΟΛΕΩΝ. ſunt dubiae interpretationis, et lectionis. Vaillantius vocabula ΠΡΟΔΙ. ΟΝ. explicat ΠΡΟΔΙκȣ ΟΝΤος, *curatore exiſtente*: Spanhemius exeſum numum vulgavit. Morellius, et Harduinus legerunt Π. ΡΟΔΙΩΝ. pro *Prytanes Rhodiorum.* Froelichius in alio numo extrito M. Caeſ. male vidit ΗΓ. ΚΛ. pro ΗΓΕΜΟΝΟС. ΚΛΑΥΔΙΟΥ. Sed cum epigraphe integra alium vulgavit Seſtinius, in quo legitur ΠΡΟ. quod ipſe explicat pro ΠΡΟΕΔΡΕΥΟΝΤΟС. id eſt *Praeſide*, vel Praeſidente *ſacrorum certaminum*, quod videtur veriſimile, niſi ſit praenomen Claudii Frontonis.

Aſpernandus pro hac Serie numus incertus Elagabali ex M. Theupoli (p. 1017.) citatus cum epigraphe dubia ΙΩΝΙ ..... uti legitur in Lex. Num. ſub voce *Ionia.*

Caſtigandus Haymius (Th. Br. p. 288.) qui in numo Annii Veri legit ΙΩΝΩΝ. pro *Ionibus*, loco ΡΟΔΙΩΝ. Similem vide in muſeo Reg. Chriſtinae (Tb. 59. Nr. 16.)

Reſtituendus *Maeoniae* Lydiae numus Mamaeae, quem ex Occone citat Harduinus (Oper. Sel. p. 78.) cum ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟС. ΑΡΤΕΜΑ. ΙΩΝΩΝ. pro ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟС. ΑΡΧ. Α. ΜΑΙΟΝΩΝ.

Magiſtratus Aurelius Zenon legitur in numis Alexandri, et Mamaeae ab ipſo Harduino, et Vaillantio deſcriptis, ut ſupra.

Autonomus apud Arigonium cum ΙΩΝΙΩΝ. et typo *delphini*, eſt pravae lectionis pro hac ſtatione. Legendum fors ΤΗΝΙΩΝ. ut in aliis numis Inſulae Teni.

APOLLONIA. Numi cum capite Auguſti apud Vaillantium: ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ. ΚΩΚ.... ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. et apud M. Theup. ΚΑΛΙΠΟΣ. ΑΡΤΕΜΙ. ... ſunt potius *Apolloniae* Cariae.

Alius Tiberii apud eumdem Vaill. cum ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. et typo *Templi ſex columnarum.* in indice eſt ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ.

Duo numi ſimiles apud eumd. pag. 11. jam cum ΕΠΙ. ΣΤΡ. ΦΛ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. jam cum ΕΠΙ. ΣΤΡΑΒ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. et cum typo templi ut ſupra, ſunt omnes *Apolloniae* Cariae.

Alii Commodi cum ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. in indice vero ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. ſunt *Apolloniae* Illyrici, vel ſi recta eſt ſecunda lectio, ad Cariae *Apolloniam* pertinent.

In numo Mamaeae male legerunt Vaillantius (Num. Graec. p. 141.) СΤΡ. ΑΓΑΘΕΙΝΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. pro *Apollonia* Lydiae, et Gorius (Muſ. Flor. T. III. Tb. 68. fg. 2.) СΤΡΑ. ΑΓΑΘΕΙΝΟΥ. ΑΠΟΛΛΩ-

ΛΩΝΙΑΤΩΝ. ΤΟΥ. ΙΗ. pro *Apollonia* Illyrici, loco ΣΤΡΑ. ΑΓΑΘΕΙΝΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΩΝ. ΤΩΝ. ΕΝ. ΙΩΝΙΑ. pro nostra Apollonia.

CLARVS. Numus Trajani, in quo Harduinus (Num. ill. in Κλαρος) legit ΚΛΑΡΙΩΝ. ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. est dubiae lectionis — Pariter numus Faustinae, cum ΚΛΑΡΗΝΩΝ. apud Vaillantium.

CLAZOMENE. Autonomus incertus M. Hunt. (Tb. 66. fg. 18.) cum epigraphe ΑΛΤΣΙΟΝ. et typo *Apri alati*, jure huc vocatus ab Eckhelio (Doctr. Num. Vet. Vol. II. pag. 150.)

Huc forsan pertinet numus Arigonii cum ΑΛΙΖΟΝΙΩΝ. loco ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ: nam similis exstat apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 56. fg. 17.)

Imperatorius Claudii apud Harduinum ΕΠΙ. ΗΓΕΜΟΝΟΣ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ. ΚΛΑΖΟΜΕΝΩΝ. claudicat et epigraphe, et typo. Nam in imagine depicta apud Vaillantium (Num. Graec. p. 12.) legitur: ΕΠΙ. ΜΕΛΙΤΩΝΟC. ΑCΚΛΗΠΙΑΔΟΥ. ΚΑΔΟΗΝΩΝ. et sic legitur apud Havercampum (Num. Reg. Christ. Tb. 50. &c.)

Imperatorius Valeriani Sen. in quo Vaillantius (Num. Graec. p. 179.) vidit ΕΠ. ΔΙΟΝΥCΙΟΥ. CΜΥΡ. ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. pro Concordia inter Smyrnaeos, et Clazomenios, pertinet tantum ad Clazomenen, et est similis illi, quem ipse Vaillantius ex eadem Gaza Regia inscriptum Ε. Μ. ΑΥΡ. ΔΙΟΝΥCΙΟΥ. ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. citavit

COLOPHON. Huc revocandus autonomus argenteus, in quo Froelichius (Cim. Vind. I. Tb. 9. fg. 6. p. 38.) cum legeret ΚΟΥΦΟΝΙΩΝ. loco ΚΟΛΦΩΝΙΟΝ. (sic) *Cupham* Babyloniae suspicatus est.

Numus M. Hunt. (Tb. 19. fg. 8.) cum ΚΟΛΟ.... ut visum Combio, pro *Colophone*, non conspirat cum numis hujus urbis; et est similis illi, quem Torremuzza (Tb. LXVII. fg. 6.) vulgavit ex Museo Duanii cum epigraphe ΚΟΛΟΝ. pro ΚΟΛΟΝΤΙΝΩΝ. Siciliae. Supellex numaria ejusdem Duanii acquisita fuit a D. Huntero, ergo is numus a Combio proditus, est idem numus, quem Torremuzza vidit.

EPHESVS. Autonomus editus ab Eckhelio (Num. Vet. Tb. 12. fg. 6.) cum dubia epigraphe .. ΦΕ. loco ΑΘΕ, est *Athenarum*, ut ipse Auctor monet.

Alii apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 55. fg. 8 — 10.) cum typo *Cervi*, sunt dubiae classis: Ille sub fg. 8. cum ΜΑ. *Massiliae* restituendus, opinione Eckhelii, videtur.

Imperatorii argentei cum capite Neronis inscripti ΔΡΑΧΜΗ. ΕΦΕ. pro *Epheso*, loco ΕΤ. Ε. sunt Caesareae Cappadociae.

Numus Statiliae Messalinae apud Haymium (Th. Br. II. Tb. 29. fg. 5.) cum epigraphe manca, est potius *Messalinae* Claudii. Illi a Sestinio proditi, sunt conficti, ut dicetur alibi.

Imperatorius Neronis cum capite Poppaeae, inscriptus hinc ΝΕΡΩ. ΠΟΠΠΑΙΑ. Ε. illinc ΟΥΙΟΛΛΑΝΟ. ΥΠΑΤΟ. ΡΟΜΗ. pro numo Alexandrino editus fuit ab auctore Mus. Theup. p. 1104. sed is numus ad Ephesum spectat, in cujus adversa lege ΕΦΕ. et in)(ΑΙΧΜΟΚΛΗ. ΑΟΥΙΟΛΑ. ΑΝΘΥΠΑΤΩ. ΡΩΜΗΝ.

In numo Domitiani male legerunt Vaillantius et Harduinus ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. ΟΨΕΩΝΟC pro ΕΠΙ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ΡΟΥCΩΝΟC. ut in alio M. Cous. et ut ita legit auctor Anonymus in Syll. Lond. 1708. p. 6. In alio simili M. Reginae Christinae Havercampus (Tb. VIII.) tantum vidit.... ΩΝΟC. et Piovene T. IX. M. Farn. in alio perperam legit ΚΑΠΙΤΩΝΟC loco ΡΟΥCΩΝΟC. ut supra.

ERYTHRAE. Autonomi argentei inscripti ΕΡΥ. ab Harduino *Erythris* Boeotiae, quam sententiam Pellerinius amplectitur, a Spanhemio et Liebio Eryci Sicilae tributi, omnes sunt *Erythrarum* Ioniae.

Corrigendus numus M. Theup. p. 1268. cum ΟΜΟΝΟΙ. ΑΧΕΩΝ. ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ. et per-

perperam pro *Concordia Achaeorum* et *Erythraeorum* confictus, qui dicit ΟΜΟΝΟΙΑ. ΧΙΩΝ. ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ.

HERACLEA. De numis huic Heracleae ad Latmum montem tributis vide Sestinium. (Descr. Num.Vet. p. 336.) sed post illos ab eodem descriptos sunt alii numi, qui huc pertinent: videlicet; Numus, quem Goltzius (Gr. 4. 10.) vulgavit cum ΗΛΟΙΛΙΑ. in adversa loco ΗΡΑΚΛΙΑ. et in)(ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. loco ΗΡΑΚΛΕΩΤΩΝ. Is numus similis aliis a Pellerinio sub *Heraclea* Cariae, et a Sestinio sub *Heraclea* Ioniae descriptis, perperam ab ipso Goltzio *Heracleae* Ponti tributus fuit, et perperam ab Harduino *Heracleae* Pieriae datus.

Alii autonomi cum ΔΗΜΟϹ — ΙΕΡΑ. ΒΟΥΛΗ — ΙΕΡΑ. ϹΥΝΚΛΗΤΟϹ. et ΗΡΑΚΛΕΩΤΩΝ, quos citat Gessnerus (Num. Pop. p. 261.) ex M. Wack. et Arigonii, ut genuini pertinent ad hanc Heracleam.

MAGNESIA. Numi, quos Goltzius Magnesiae Thessaliae, Harduinus Magnesiae Sipyli, Begerus Thessaliae, vel Lydiae tribuit, huc pertinent.

Imperatorii Maximi, Gordiani et Gallieni, inscripti ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΑΡΓΩ. et ab Harduino Magnesiae Thessaliae tributi, ad nostram Magnesiam pertinent.

METROPOLIS. Autonomus apud Spon. Miscell. (p. 140.) Bell. Lett. Hist. (T. III. p. 268.) cum fictitio vocabulo ϹΟΛωΝΟϹ. in adversa, vel male lecto pro imperatoris alicujus nomine, ut notavit Holstenius (Not. ad Steph. p. 208.) est imperatorius Saloninae, ut recte animadvertit Eckhelius.

Imperatorii inscripti tantum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. vel cum mentione praetoris, sunt potius Metropolis Phrygiae.

MILETVS. Numi Goltziani cum ΚΟΛΧΩΝ. vel ΚΟΛΧΟΙΣ. sunt *Mileti*. Harduinus perperam *Golgos* Cypri eosdem numos amandavit — Alius, in quo Froelichius legit: ΩΡΙΚΙΩΝ. pro *Orico* Epiri, huc pertinet. In eodem numo extrito nil aliud legitur quam . . . ΩΠΤΙΩΝ — Alius apud Arigonium (N. Gr. Vrb. Tb. 16. fg. 154.) cum ΜΙΛΕΣΕΙΩΝ. loco ΑΜΑΣΕΙΑΣ. est *Amasiae* Ponti. Quem idem Arigonius vulgavit (ibid. fg. 155.) cum ΜΙΛΛΕΣΙΩΝ. esse falsae lectionis putamus, et legendum fors ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ — Quem Pellerinius (Rec. II. Tb. 57. fg. 42.) edidit cum littera Μ. loco Σ. intra *lauream*, ad *Sicyonem* Achajae pertinere, in hac observatum. Quem Eckhelius adfert inscriptum ΜΙΛΗΤΟΣ. pro nostra *Mileto*, esse *Cii* Bithyniae, et vocabulum ΜΙΛΗΤΟΣ. nomen magistratus, jam diximus.

In numo cum capitibus Valeriani et Gallieni, in quo Haymius (Th. Br. II. Tb. 49. fg. 3. p. 383.) legit ΔΙΔΥΜΕΙΩ. ΜΕΙΛΗϹΙΩΝ. pro *Didymio* — *Milesiorum* corrige ΔΙΔΥΜΕΙΑ ΜΕΙΛΗϹΙΩΝ. pro ludis in Didymei Apollinis honorem actis — In alio simili Bandurius (I. p. 122.) multo gravius aberravit, legens ΔΙΔΥΜΑΙΩΝ ΕΙΛΗϹΙΩΝ. pro Concordia inter *Didymas* Ciliciae, et *Ilesium* urbem Boeotiae.

NEAPOLIS. Autonomus M. Pembr. (P. II. Tb. 22.) cum ΝΕΑΠ. . . . . ΛΙΤΩΝ. et typo *Aquilae*, pro *Neapoli* Campaniae, est potius hujus *Neapolis*.

Alius M. Hunt. (Tb. 40. fg. 2.) cum ΝΕΑΠ. pro *Neapoli* Cariae, si Imperatorii editi a Sestinio stant pro nostra *Neapoli*, pariter huc revocandus, et non *Neapolim* Macedoniae, opinione Eckhelii, quae urbs semper scripsit in numis suis ΝΕΟΠ. et non ΝΕΑΠ.

PHOCEA. Autonomus Pellerinii inscriptus ΑΘΗΝΑΔΗΣ. (Rec. I. Tb. 33. fg. 3.) timide *Abderae* Thraciae tributus, huc pertinet — Alius apud Arigonium (Tb. 23. fg. 224.) cum ΤΥΑΝ. loco ΑΘΗΝ. et perperam *Tyanae* Cappadociae datus, est hujus *Phoceae*. Eckhe-

Eckhelius recitat eumdem numum ſub *Tyana* Cappadociae, videns in eo *Caput Perſei*, et dimidium *pegaſum*, quando in his ſimilibus numis eſt conſtanter Caput *Mercurii*, et dimidius *Gryphus* — Numus alius M. Pembr. (II. 37. fg. 10.) inſcriptus ΒΟΙΩΤΙ pro *Boeotiis*, eſt pariter noſtrae *Phoceae* — Alius apud Combium (M. Hunt. p. 2. Nr. 9.) cum ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. pro *Abdera* Thraciae, huc revocandus — Tandem numi alii inſcripti ΠΥΘΙΣ. vel ΠΥΘΙΕ. a Pellerinio, et Combio *Pythio* Theſſaliae adjudicati, huc pertinent.

PRIENE. Numi argentei inſcripti, ut credebatur, ΠΡΙΑΝΕΙΕΩΝ. loco ΠΡΙΑΝΣΙΕΩΝ. qui ab Harduino (Num. Pop. 409. vel Op. Sel. p. 141.) a Froelichio (Cimel. Vind. I. Tb. 8. p. 34. vel Not. Elem. p. 108.) huic urbi tribuuntur, ſunt *Prianſi* Cretae.

In autonomo M. Hunt. (Tb. 44. fg. 6.) in cujus averſa Combius legit ΣΕΡΑΤΟ : : : ΑΛΧΟ - corrige ΕΛΠ. . . . ΑΡΧΟΝΤΟΣ.

Numus Tiberii, quem Vaillantius citat ex M. Gotifredi cum epigraphe ΕΠΙ. ΑΡΧ. ... ΦΙΛΟΠΑ. ΤΟ. Β. ΠΡΙΗΝΕΩΝ. eſt dubiae lectionis. Havercampus conjicit legendum ΠΡΥΜΝΗΣΣΕΩΝ pro *Prymneſſo* Phrygiae. At ſi in hoc numo vere extitit inſcriptum nomen Archontis, in numis Prymneſſi hic magiſtratus non legitur, ſed habentur tamen Archontes in *Prienes* numis tam autonomis, quam imperatoriis.

SMYRNA. Autonomus Pellerinii (Rec. II. Tb. 76. fg. 12.) cum ΖΙΡ. ΑΤΤΑ. loco ΖΜΥΡ. ΑΤΤΑ et perperam *Antiochiae* Syriae tributus, huc pertinet.

Alius apud Combium (M. Hunt. Tb. 51. fg. 7.) in cujus adverſa legitur mendoſe ΣΜΥΡ. ΣΥΚΑΙΠΟ. et in)(ΕΠΙ. ΙΚΑ. ΦΛΑΚΚΟΥ. ad Eucarpiam Phrygiae pertinet, ut in hac dicemus.

In autonomo ΠΟΛΑΙ. ΑΝΘΥ. perperam lectum ab Harduino, loco ΠΟΛΛΙΑΝΟΥ. qui magiſtratus frequens in Smyrnae numis ſub Gordiano.

In averſa numi in *Concordia* cum Philadelphia Lydiae male legit Combius (M. Hunt. Tb. 51. fg. 22.) ΙΘΑ. et ΟΟΟ. loco ΟΜΟΝΟΙΑ.

In alio autonomo Whelerus (Voyages fg. 36.) inique legit ΣΤΕ. ΚΑ. ΠΡΟΚΛΟΥ. ΣΤΕΛ. ΚΑ. ΚΙΩΝΟΣ. pro ΕΠΙ. ΚΑ. ΠΡΟΚΛΟΥ. ΣΤΡΑ ΚΛ. ΒΙΩΝΟΣ.

In numo Auguſti cum capite Tiberii perperam legit Vaillantius: ΚΑΙΣΑΡΑ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΤΙ. ΣΕΒ. ΥΙΟΝ. loco ΚΑΙΣΑΡΑ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ. ΤΙΒΕΡΙΟΝ. et in averſa ΚΟΡΩΝΟΣ. pro ΚΟΒΩΝΟΣ.

In numo Caligulae Vaillantius male vidit ΓΑΙΟΝ. ΚΑΙΣΑΡΑ. ΕΠΙ. ΛΟΥ. ΘΑΛ. ſub *Lucio Thallo*, loco ΕΠΙ. ΛΟΥΙΟΛΑ.

Reſtituendus huic urbi numus Neronis, quem vulgavit Harduinus cum epigraphe ΟΜΗΡΟΣ. ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ. loco ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.

In numo Veſpaſiani Vaillantius legit mendoſe ΣΤΡΑΩΓΙΩΝ. ΕΥΣΕΒΗΣ. ΑΝΘΥ pro ΑΝΘΥ. ΙΤΑΛΙΚΩ. ΕΠΙ . . . ΕΥΣΕΒΗΣ.

Numus Trajani, in quo Haymius (Th. Br. II. p. 266. Tb. 32. fg. 3.) legit ΤΕ. . . ΠΡΟΚΛΟΥ. ΣΤΡ. ΑΝΑΚΙΩΝ. pro patria incerta *Anacenſium*, jam reſtitutus fuit huic urbi a Neumanno, exemplo alterius numi cum epigraphe. ΕΠΙ. ΚΑ. ΠΡΟΚΛΟΥ. ΣΤΡΑ. ΚΛ. ΒΙΩΝΟΣ. ΣΜΥΡ.

Alium Trajani, quem protulit Haymius (Th. Br. II. Tb. 32. fg. 4.) inſcriptum Ζ ΗΛΕΙ. loco ΖΜ. ΑΣΙ. eſſe *Smyrnae*, et *Aſiae* Phrygiae, in Concordia, et non *Smyrnaeorum Aſiae*, jam probatum fuit ab Eckhelio.

TEOS. Numus anepigraphus apud Pellerinium (Rec. I. Tb. 33. fg. 3.) pro *Abdera* Thraciae, eſt hujus *Tei* — Alius M. Pembrock. (P. II. Tb. 48.) cum ΑΘΗΝΙΑΣ. et typo *Gryphi* pro *Athenis*, eſt pariter *Tei* — Quem auctor M. Theup. (p. 1304.) vulgavit inſcriptum hinc ΟΜΗΡΟΣ.

POC. inde THIΩN. pro *Teo*, loco IHTΩN. esse *Iaetarum* Insulanorum, jam diximus.

INSVLAE IONIAE.

ARGENNOS. Numus Arigonii inscriptus APΓE. pro hac Insula, restituendus potius *Argis* Argolidis.

ICARIA. Autonomus inscriptus IKAPIΩN. est Goltzianus. Quem edidit Pellerinius (Rec. III. Tb. 94. fg. 1.) cum epigraphe dubia IKAP. esse *Mitylenes* Lesbi, jam docuimus.

PATMOS. Imperatorius Severi, in quo Vaillantius (Num. Graec. pag. 85.) legit EN. ΠΑΘΜΩ. ΔΑ. loco PABAΘMΩ. ΔΑ. est *Rhabbathmomae* Arabiae.

SAMOS. Autonomi hujus Insulae variam sunt fortunam experti, videlicet: Numum inscriptum BATTOΣ. ΣΑ. Vossius (Observat. ad Melam.) *Batto* Cyrenaico tribuit — Spanhemius (T. I. p. 298.) *Sardes* aut *Samum* respexit. Postremus Pellerinius (Rec. III. Tb. 101. fg. 4.) *Salamina* Cypri mavult, cujus exemplo Eckhelius (Num. Vet. pag. 238.) suos numos olim ad eamdem urbem retulit.

Alii numi a variis auctoribus *Samo* tributi, restituendi suis locis, et primum numus Goltzii (Inf. Tb. 16. fg. 9.) inscriptus ΔΗΜΟC. CAMEIΩN.)(ΕΠΙ. ΑΙCΖΑΝΔΡΟΥ. ΙΕΡΕ. pro ΔΗΜΟC. CΑΛΗΝΩΝ)(ΕΠΙ. ΑΛΕΖΑΝΔΡΟΥ. ΙΕΡΕ est *Salae* Phrygiae — Alius apud Gess. (Num. Pop. p. 315.) cum CAMIΩN, loco ΣΑΜΑΙΩΝ. et cum typo *Ovis*, vel *Hirci*, est *Sames* Cephalleniae Insulae — Idem numus M. Theupoli p. 1292. cum ΣΑΜΑΙ... pro nostra *Samo*, est pariter *Sames*, ut supra — Alius huc relatus a Gusseme (Dizzion. T. VI. p. 95. Nr. 3.) cum epigraphe ΣΑΜΙΩΝ. ΜΕ. pro ME. in monogrammate, et ΔΑΜΙΩΝ. est numus *Messenes*, per centum urbes vagatus a nostro Lexicographo.

CARIA.

ALABANDA. Numi argentei et max. mod. inscripti ANTIOXEΩN. addito magistratu, et cum typo *Pegasi*, et quos Pellerinius (Mel. I. p. 137.) huic *Alabandae* etiam *Antiochiae* dictae adjudicavit, sunt *Antiochiae* ad Maeandrum.

Alius his similis cum ANTIOXEΩN. ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ. a Begero (Thes. Pal.) *Antiochiae* Syriae in honorem regis Demetrii I. signatus creditus, est ejusdem *Antiochiae* ad Maeandrum. Perperam eumdem numum sub regibus Syriae attulit Froelichius (Annal. Syr. p. 63.)

Imperatorius Antonini Pii, in quo Vaillantius legit ΛΑΡΑΝΔΕΩΝ. l. ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. pro *Laranda* Lycaoniae, est nostrae *Alabandae*.

ANTIOCHIA ad Maeandrum. Huc referendi insignes argentei max. mod. inscripti ANTIOXEΩN. typo *Pegasi*, quos Pellerinius *Alabandae* etiam *Antiochiae* dictae, tribuendos censuit, ut supra observatum.

Huic *Antiochiae* adjudicandus etiam numus similis cum ANTIOXEΩN. ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, quem perperam Begerus Demetrio Syriae regi attribuit.

Autonomus inscriptus ΑΝΧΙΑΛΕΩΝ. l. ANTIOXEΩN. et perperam *Anchialae* Ciliciae tributus a Froelichio (Not. Elem. p. 74.) ad nostram *Antiochiam* pertinet.

Alius cum ANTIOXEΩN. et typo *noctuae*, Antiochiae Syriae ab Eckhelio datus (Num. Vet. p. 275. Tb. 15. fg. 4.), huc revocandus videtur.

In numo Claudii, inscripto ΜΥΩΝΟΣ. ΣΥΝΑΡΧΙΑ. ANTIOXEΩN. perperam legerunt Tristanus (Tom. I. p. 187.) et Patinus Impp. (p. 101.) ΜΥΩΝΟΣ. ΣΥΝ. ΑΓΧΙΑΛ. ΑΡΟΧΕΩΝ. et Harduinus (Num. Pop. p. 72.) ΑΡΟΧΕΩΝ. ΜΥΩΝΟΣ. ΣΥΝΑΡΧΙΑ. et omnes diversas urbes hanc inscriptionem exhibere opinati sunt.

BAR-

BARGASA. Autonomus apud Combium (M. Hunt. Tb. 12. fg. 29.) inſcriptus ΔΗΜΟC. Α. . . . in)(ΕΠΙ. ΑΤΡ. ΖΗΝΩΝΟC. ΒΑΡ. pro *Bargaſa*, eſt *Maeoniae* Lydiae. Lege in adverſa ΔΗΜΟC. ΜΑΙΟΝΙΩΝ. et in)(corrige ΑΡΧ. Α. loco ΒΑΡ. Similem vulgavit Seſtinius (Lett. T. III. p. 47. Nr. 13.) ſed perperam *Aezanitis* Phrygiae dedit.

CALYNDA. Autonomus, in quo Harduinus (Op. Sel. p. 79.) legit ΔΗΜΟΣ. ΚΑΛΥΝΔΕΩΝ. l. ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ. eſt *Blaundi* Lydiae.

Imperatorius Caii Filii Agrippae, in quo Froelichius (IV. Tent. p. 160.) vidit: ΤΙ. ΦΛΑ. . . . . ΗΣ. ΚΑΛΥΝΔΕΩΝ. eſt numus Neronis, et pariter ad *Blaundum* Lydiae pertinet. In alio ſimili a Seſtinio edito (Deſ. N. V. ſub *Blaundo*. Lydiae) legitur hinc ΝΕΡΩΝ. ΚΑΙΣΑΡ. inde ΤΙ. ΦΛΑΥ. ΚΑΛΛΙΓΞΝΗΣ. ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ. In alio ſimili vitiato male legit Pellerinius (Mel. II. p. 31.) ΤΗΜ. . . . ΚΑΛΛΙΠΗ.

CNIDVS. Autonomus argenteus apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 67. fg. 33.) inſcriptus hinc ΚΙ. inde ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΟΣ. eſt *Cii* Bithyniae.

Alius aeneus (ib. fg. 34) cum ΚΝΙ. ΑΚΡΟ. quem Eckhelius *Cium* Bithyniae amandare putavit, eſt certe *Cnidi*, ut ſtatuit Pellerinius.

Argenteus anepigraphus ab Haymio (Th. Br. II. Tb. 15. fg. 9. p. 142.) huic urbi tributus, eſt *Archelai* I. Macedoniae regis. *Khell. ad Haym. p.* 143. *Obſ.* 92. — Alius ſimilis ſub *Cnido* deſcriptus fuit ab Eckhelio (Cat. M. C. p. 177.) ſed in Add. pag. 239. rectius ad *Archelaum* retulit.

Alius aeneus apud Pellerinium (R. III. Tb. 105. fg. 1.) ſub *Mycone* Inſula deſcriptus, huc pertinet. *Confer Seſt. Deſcrip. Num. Vet.* ſub *Cnido* Cariae.

Alius (M. Hunt. Tb. 3. fg. 18.) *Almo* Moeſiae, vel Liburniae a Combio tributus, huc revocandus videtur.

In numo, in quo auctor M. Theup. p. 1271. legit ΙΚΤΕΠΤΟΥ. ΠΟΛΕΙΤΑ. apud Pellerinium eſt. Τ. Κ. Τ. ΕΠΙ. ΝΟΔΡΙΤΑ. quae Literae timide ab Eckhelio explentur: Τυχη |Κνιδιων Τριοπας. Sed cur non ΤΟΝ. ΚΤΙΣΤΗΝ ΤΡΙΟΠΑΝ? Similia exempla *Conditorum* alia numismata ſuppeditant.

Numus cum ΚΝΙ. ΣΥΜΑΙΩΝ. ex numoph. Ludovic. p. 18. proditus pro Concordia noſtrae *Cnidi* cum *Syme* Inſula, eſt tantum *Cnidi*, et vera lectio ſtat pro ΚΝΙ. ΕΥΜΕΛΩΝ. vel ΘΕΥΜΕΛΩΝ. ut in aliis ſimilibus.

CYON. Autonomus Pellerinii (Rec. II. Tb. 67. fg. 38.) inſcriptus ΚΥ. eſt dubiae ſtationis, et litem intentat *Cyme* Aeolidis. Pro hac urbe Aeolica ſtat quoque Combius (*M. Hunt. p.* 121. *nota.*) Alius apud Seſtinium (Lett. T. IV. p. 118.) Couſinerio ſuſpectus videtur.

EVROMVS. Numus, in quo Seſtinius legit ΕΥΜΕΝΕωΝ. loco ΕΥΡωΜΕωΝ. pro *Eumenia* Phrygiae, huc revocandus, ut per literas ad nos datas monet Cl. Couſinerius.

EVTHENAE. Numi inſcripti ΕΥΘΗΝΙΤΩΝ. aut ſunt Goltziani, aut pravae lectionis, ſi genuini.

HALICARNASSVS. In numis Severi, quorum unum vulgavit Spanhemius (T. I. p. 626.) ex M. reg. Chriſtinae cum ΑΛΙΚΑΡΝΑCCΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC, legitur ΑΡΧ. CΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥC — Numus Getae, in quo Spanhemius (Orb. Rom. p. 289.) legit ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ. apud Vaillantium vice hujus tituli eſt ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

HARPASA. Apud Arigonium numus inſcriptus ΑΡΠΑ. pro noſtra *Harpaſa*, Carthaeam in Cea Inſula ſitam revocandus videtur: At ſi epigraphe eſt talis, ut promulgatur, is numus conſpirat cum aliis Arporum numis, in quibus legitur ΑΡΠΑΝΟΥ. cum typo *Botri*, quos vide apud auctores.

IASVS. In Lexicis et Catalogis numismaticis heic

heic recenſentur numi inſcripti ΙΑΣΩ. cum typo *ſerpentis ex Ciſta*, vel *ara emergentis*, ſed quos eſſe incertae patriae ab aliis jam obſervatum fuit.

Numus a Geſsnero proditus e Mark. Th. 2. p. 6. cum ΙΑΣΩ. et ΑΤΣ. et typo *Minotauri*, eſt dubiae lectionis, et claſſis. Campaniam ſapit, et forſan ad *Teanum Sidicinum* ſpectare videtur.

MYLASA. Numum Polemonis ſacerdotis Olbae perperam ad hanc Mylaſam vocavit Liebius (Goth. Num. p. 407.) ut dicetur in Olba Ciliciae.

NYSA. Numus Tiberii, in quo Froelichius (IV. Tent. pag. 154.) legit ΤΙΒ. ΚΑΙΣΑΡ. ΓΡΑΜ. (in monogrammate) ΤΟ. Β. ΝΥΣΑΕΩΝ, eſt Imperatorius Auguſti, in quo legitur ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡ. ΓΡΑΜ. ΤΟ. Β. ΝΥΣΑΕΩΝ. (Conf. Pell. Mel. II. p. 7.) Idem numus male lectus a Maffeio ΤΩΝ. ΝΥΣΑΕΩΝ. l ΤΟ. Β. ΝΥΣΑΕΩΝ.

Numum Gordiani, in quo Vaillantius legit: ΝΥСС. ΚΥΘΟ. ΙΕΡΑС. non eſſe hujus *Nyſae*, ſed *Nyſae Scythopolis* Samaritidos, in hac dicetur.

ORTHOSIA. Imperatorius Auguſti cum ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ. et typo *Raptus Proſerpinae*, et *Orthoſiae* Phoenices datus, ſine dubio eſt noſtrae *Orthoſiae*. Alius Trajani, inſcriptus CΙΝΚΛΗΤΟC, in)(ΟΡΘΩCΙΕΩΝ. cum typo *figurae ſenilis* (Bacchi ſtantis) quem vulgavit Geſsnerus ex M. Farn. Tom. X. (Tb. 18. fg. 11.) eſt numus autonomus noſtrae, et non Phoenices Orthoſiae.

Numi Veſpaſiani, Trajani, Hadriani, M. Aurelii inſcripti tantum ΟΡΘΩCΙΕΩΝ. ſine mentione epochae et cum typo *Dioſcurorum*, ſunt potius hujus *Orthoſiae*, quam Phoenices, cui tantum ratione Dioſcurorum tributi fuere ab agmine Antiquariorum.

STRATONICEA. Autonomus Haymii (Th. Br. II. Tb. 14. fg. 9. p. 135.) cum epigraphe vitiata ΙΕΡΑΤΩΝ. . . . loco CΤΡΑΤΟΝ. . . . pro *Hierapoli* Phrygiae, eſt potius hujus *Stratoniceae*.

Numus Hadriani, incertae patriae, (M. Theup. pag. 881.) et cum epigraphe male lecta ΙΝΔΙΣΤΡΙ. ΣΥΝΚΛΗ. loco ΙΝΔΙ. CΤΡΑ. CΥΝΚΛΗ. ad hanc *Stratoniceam* dictam *Indiceam* pertinet.

Vaillantius numum Ant. Pii ſic deſcribit: ΚΛΑΥ. ΑΡΙCΤΕΑC. CΤΡΑΤΟ. *Imperator eques dexteram attollens*, eumque argenteum vocat. (Num. Praef. T. II. p. 164.) Sed videtur eſſe idem, quem in numis aeneis Graecis Auguſtorum cum ΕΠΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΑΡΙCΤΕΟΥ. CΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ. vulgavit.

TABA. Numus, quem Geſsnerus recitat ex M. Wakiano (p. 184.) cum TA. et typo *Botri*, eſt *Tanagrae* Boeotiae.

Autonomi inſcripti ΓΑΒΗΝΩΝ. l. ΤΑΒΗΝΩΝ. pro *Gaba* Ituraeae, reſtituendi *Tabis* noſtris.

Alii numi cum ΤΑΒΗΝΩΝ. pro *Tabis* Decapoleos habiti, probabiliter huc pertinent — Quod certum eſt, numos ΤΑΒΗΝΩΝ. non eſſe aeque ſtabilitos ab antiquariis.

TRIPOLIS. Numus M. Hunt. (Tb. 61. fg. 2.) inſcriptus ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. cum typo *Dianae*, pro *Tripoli* Syriae, eſt potius hujus *Tripolis*. Typus, epigraphae modus, et formatio literarum ſunt rationes non fallaces contra claſſationem Combii.

Numus Goltzii (in Aug. Tb. 53. fg. 6.) cum capite Auguſti, cum adſtituto Labyrintho in adverſa, et cum adulterata epigraphe: ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΜΥΦΟΝΤΟΠΑΣΟΡΑΣ. et typo *Aquilae*, quem ipſe Goltzius *Tripoli* Syriae adſcripſit, cum numo Auguſti conſpirat ſcripto ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΠΙ. . . . ΤΡΥΦΩΝΟΣ. a Vaillantio edito, et recte *Tripoli* noſtrae tributo.

Numum Iuliae Auguſti (M. Theup. p. 836.) Eckhelius reſtituendum eſſe cenſet Iuliae

Iuliae Augusti Filiae, Agrippae uxori. An recte.

Numos Pellerinii cum capite Trajani, inscriptos ΘΕΟΔΩΡΟΣ. Β. ΕΧΑΡΑ. ΤΡΙΠ. *Tripoli* Ponti contributos, nostrae *Tripoli* vindicandos esse jure censet Eckhelius cum Haymio.

TRAPEZOPLIS. Huc forte pertinet numus Neronis, quem edidit Patinus (Impp. pag. 91. cum ΤΠ. ΑΤ.
ΓΑΙΤ
ΗΡΗΣΙΠΠ
ΟΥ
et cum typo Bacchi, loco
ΤΡΑΠΕ
ΖΟΠΟΛ
ΗΡΑΣΙΠΠΟΥ
pro nostra Trapezopoli.

INSVLAE CARIAE.

ARCONNESVS. Autonomus Pellerinii (Rec. III. p. 172. Tb. 123. fg. 5.) cum ΑΡΚ. l. ΦΑΡΚ. pro Arconneso, est *Pharcadonis* Thessaliae.

ASTYPALAEA. Numus, quem Pellerinius (Rec. III. p. 128. Tb. 117. fg. 1.) edidit cum literis fugacibus ΑΣΤΥΠΑΛΑ. dubiae classis est, ut sibi ipse diffidit.

CARPATHVS. Autonomus ΚΑΡΠΑΘΙΩΝ. uni Goltzio cognitus fuit. (Inf. Gr. Tb. 23. p. 273.)

COS. Numi a Goltzio, et Begero editi cum ΞΠΑΚ. sunt *Capuae* Campaniae.

Alii apud Goltzium inscripti hinc ΚΟ. vel ΚΩ. inde ΩΣ. sunt *Corcyrae* Insulae.

Alius apud Combium (M. Hunt. Tb. 21. fg. 4.) inscriptus ΚΩΙΩΝ. loco ΞΠΑΚ. est *Capuae* Campaniae.

Numus Pellerinii (Rec. III. Tb. 102. fg. 10.) cum hinc L. inde ΠΟΤΟΙΣ. l. ΠΟΤΠΙΟΣ. et perperam *Coo* tributus, est in *Cyrenaica* signatus.

Alius M. Pembrock. (P. II. Tb. 17. fg. 1.) cum epigraphe vitiata: ΔΙΟΜΕΔΙΩΝ. et more solito a Lexicographo Gusseme III. p. 26. *Diomedeae* Dauniorum, vel *Diomedeae* Insulae tributus, est unus ex Coorum obviis. Lege ΔΙΟΜ. ΚΩΙΩΝ. ut in aliis similibus. Ad hanc Insulam spectat alius numus inscriptus ΑΜΦΙΔΑΜΑ. quem inter incertos reposuit Wisius in Cat. M. Bodl.

Numi inscripti ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ. ΣΩΤΗΡΟΣ. sine patriae mentione, sunt potius *Pergami* Mysiae, ex qua urbe passim numi similes adferuntur.

RHODVS. Numus Goltzii (Graec. Tb. 24. fg. 2.) cum praetensa epigraphe ΡΟ. ΠΑΜΙΔΟΣ. l. ΤΡΑΙΛΙΟΝ. est *Traelii* Macedoniae — Alii apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 107. fg. 6.) et apud Combium (M. Hunt. p. 251. Nr. 78 et 79.) lecti ΡΑΙΛΙΤΝΟ. l. ΤΡΑΙΛΙΟΝ. sunt ejusdem *Traelii*.

Numus *Rhodi Liberae* citatus a Spanhemio ex M. Mediceo (T. II. p. 584.) cum epigraphe ΡΟΔΙΩΝ. ΕΛΕΥΘ. est dubiae lectionis, et conspirat cum numis inscriptis ΡΟΔΙΩΝ. ΕΠΙ. ΔΑΜΑΡΑΤΟΥ. vel similiter.

Imperatorius Domitiani cum ΕΠ. Π. ΡΟ. ΕΜΙΛ. ΑΝΤΩΝΙΟΥ. ΝΑΣΩΝΟΣ. ex Harduini interpretatione (Oper. Sel. p. 144.) Ἐπὶ Πρυτανέως Ῥοδίων Ἐμιλίου Ἀντωνίου Νάσωνος. est *Bithynicus*, ut jam adnotavimus cum vera numi scriptura.

Alius Ant. Pii ex Æ. max. argumenti Conventus totius Ioniae male lectus, et explicatus ab Harduino (Op. Sel. p. 144.) pro πρύτανες Ῥοδίων, pertinet ad communes Ioniae conventus.

Alius M. Aurelii, et L. Veri a Pellerinio (Lettres I. p. 23.) sic creditus, cum epigraphe ΡΟΔΙΟΙ. ΥΠΕΡ. ΤΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ. est Tiberii et Liviae. In simili numo ante Pellerinium lectum perperam fuit, ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΥΠΕΡΙΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. pro Claudio

Claudio tamquam Sole, qui Homero *Hyperion* dicitur.

Numus Caracallae vulgatus a Pellerinio (Mel. II. p. 151) cum ΡΟΔΙΩΝ. est M. Aurelii, ut ipse notat (Lettres p. 26.)

IALYSVS RHODI. Numus Havercampi (Dissert. de Vet. Lit. Graec. scriptura Tb. I. Nr. 4.) inscriptus ΙΑΛΑΣΟΤΕ. l. ΑΛΑΙΣΑΣ. est *Alaesae* Siciliae.

LINDVS RHODI, cui Haymius (Th. Br. II. Tb. 18. fg. 5. p. 162.) adjudicat numum cum epigraphe manca. . . ΙΝΔΕΩΝ. At non *Lindo*, sed *Alindae* Cariae tribuendum docent alii numi similes.

SYME. Autonomi argentei inscripti ΣΥΜΑΙΩΝ. a solo Goltzio proditi. Si numi hi genuini sunt, valde conspirant cum numis vulgo *Ereso* Lesbi tributis.

Numus Concordiae cum *Cnido*, est tantum *Cnidi*, in hac jam dictum.

LYCIA.

Numi argentei cum capite Domitiani, Nervae, et Trajani addito ΑΥ. in nonnullis, sed in quibus typus constans *Duarum Lyrarum*, *quibus insistit noctua*, fuerunt a Vaillantio *Lytto* Cretae tributi, vel in incerta sede repositi ab aliis, sed quos esse *Lyciorum*, jam sanxerunt Eckhelius, et Sestinius.

APERRAE, APYRE. Hanc Lyciae urbem Froelichius (Not. Elem. p. 75.) evolvit ex numo Arigonii ΑΠΑΡΑΙΩΝ, sed quae scriptura melius in ΑΠΤΑΡΑΙΩΝ. corrigetur, pro *Aptera* Cretae, ut praeclare conjecit Neumannus.

APOLLONIA. Numus incertus apud Motraye (Voyages T. I. Nr. XXVII. fg. 9.) cum Α. ΑΥ. et typo *Cervi*, huc restituendus videtur.

Numus apud Sestinium (Lett. T. III. p. 90.) cum ΑΠΟΛΛωΝΙ. ΜΥΣΙΟΝ. l. ΛΥΚΙωΝ. est certe hujus *Apolloniae*, praevia diffidentia nostri auctoris.

ARYCANDA. Autonomus Pellerinii (Rec. II. Tb. 69. fg. 1.) inscriptus ΑΡΥ. loco ΑΒΥ. est *Abydi* Troadis — Alius inscriptus ΑΡΙ. pro ΑΒΥ. cum typo *Aquilae* ex Catalogo le Bret huc vocatus, est pariter *Abydi*. Similem protulit Arigonius cum ΑΡΥ. pro *Arycia*: Sed est et is inscriptus ΑΒΥ. pro *Abydo*.

CEBESSVS. Numos Philipporum huic urbi tributos esse *Cidyessi* Phrygiae, dicetur in hujus moneta.

CRAGVS. Numus Goltzii (Tb. 15. fg. 3.) cum praetensa epigraphe ΚΡΑΝΙΩΝ. l. ΚΡ. ΞΑΝ. et *Cranio* Cephalleniae tributus, huc pertinet — Similis apud Neum. (P. I. Tb. 6. fg. 2.) cum epigraphe ΚΡΑΝ. Ξ. l. ΚΡ. ΞΑΝ. et eidem *Cranio* datus, duce numo Goltziano, est *Cragi*, ut ipse auctor (P. II. p. 180.) lapsum suum profitetur. Similem produxit Arigonius (I. Pop. Num. Tb. 23. fg. 226.) sed male depictum, et perperam ad *Zanclem* Siciliae relatum.

MEROE. Numus argenteus et fabricae remotioris aevi, editus in Lex. un. rei Num. (P. II. Tom. III. p. VIII.) cum epigraphe ΜΕ▷. pro *Meroe*, est siculus, et probabiliter in hoc numo deest litera I. pro IMERA. Siciliae, quo spectare videtur.

MYRA. Numi Gordiani, in quibus auctor M. Theup. p. 1047. vidit ΛΑΤΡΕΩΝ. loco ΜΥΡΕΩΝ. pro *Laurio* Atticae, sunt nostrae *Myrae*.

PHASELIS. Numus apud Arigonium (I. Vrb. Gr. Tb. 18. fg. 177.) inscriptus ΦΑ. urbi nomine *Phasis* tributus, et a Froelichio (Not. Elem. pag. 85.) huc revocatus, ad *Pharum* Insulam maris Adriatici pertinet.

XANTHVS. Autonomus Pellerinii (Rec. II. Tb. 69. fg. 6.) cum ΔΗΜΟ Ξ ΑΝ. est dubiae classis. Similis exstat in M. Ainsl. sed fabricae Syriacae. Alius habetur in M. Pembrock.

Pembrock. (II. Tb. 20. fg. 6.) cum epigraphe mendose lecta ΜΑΡΑCΑC. pro *Maratho* Phoeniciae.

INSVLAE LYCIAE.

CHELIDONIA. Autonomus aeneus ΧΕΛΙΔΟΝΕΑΙΩΝ. editus ab uno Goltzio. (in Inf. Tb. 24. fg. 7.)

MEGISTE. Autonomi argenteus, et aeneus ΜΕΓΙΣΤΕΩΝ. apud unum iterum Goltzium (l. c.)

PAMPHYLIA.

ASPENDVS. Numi a Goltzio, Begero, Paruta, et Torremuzza *Segestae* Siciliae tributi, huc pertinent, et sunt similes numis illis inscriptis ΕΣΤΓΕΔΙΙΥΣ.

ATTALIA. Autonomi, et Imperatorii inscripti ΑΤΤΑΛΕΑΤΩΝ. sunt potius *Attaliae* Lydiae. Conveniunt huic Pamphyliae illi inscripti ΑΤΤΑΛΕΩΝ.

MAGYDVS. Imperatorius Augusti, in quo Vaillantius legit ΜΑΓΥ. l. ΜΑΘΥ. est *Methymnae* Lesbi, ut jam docuit Pellerinius Mel. II. p. 16.

Huic *Magydo* restituendum censemus numum Hadriani male lectum, et male depictum, et qui turbat Antiquariorum mentem. Hunc vulgavit Occo p. 242. ex Tristano T. I. p. 47. cum epigraphe ΟΡΔΑΙΑ. ΜΑΚCΕ. sed Harduinus (Op. Sel. p. 54.) epigraphen restituit in ΕΟΡΔΑΙΑ. ΜΑΚΕ. pro *Eordaea* Macedoniae. Sponius (Diss. VI. p. 98. fg. XI.) produxit aversam hujus numi ex Fl. Vrsino cum ΟΡΔΙΟΝΑΙΩΝ. sed pag. 111. notat, in ectypis numorum apud Morellium esse ΟΡΔΑΙΩΝ. ΜΑΚΕ. cum typo *Hermathenes*, pro *Ordea* Macedoniae. Numum esse male lectum jam patet. Incipe lectionem hujus numi a ΜΑΚΚ, habebis tum ΜΑΚΕΟΡΔΑΙΑ. vel secundum Occonem ΜΑΚCΕΟΡΔΑΙΑ. sed corrige ΜΑΓΥΔΕΩΝ. ΙΑ. et habebis numum alium *Magydi* cum typo Palladis stantis, et cum annis Imperii, ut in numis Trajani.

OLBIA. Autonomus ΟΛΒΙΟ. quem recitat Froelichius (Not. Elem. pag. 104.) e M. Theup. (p. 1285.) est *Olbiopolis* Sarmatiae Europaeae.

PERGA. Autonomus apud Arigonium (I. Vrb. Gr. Tb. 17. fg. 168.) et Holst. ad Steph. pag. 251. cum ΠΕΡΓΑ. et typo *Duorum Capitum bovinorum*, pertinet ad *Pergamum* Mysiae. Alii a Gusseme male recitati, sunt pariter *Pergami*.

Imperatorius Hadriani, in quo Spanhemius (T. I. p. 591.) vidit ΠΕΡΓΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. loco ΠΕΤΡΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. ad *Petram* Arabiae pertinet.

Alius M. Aurelii (apud Arigonium II. Tb. 15. fg. 174.) cum epigraphe mutila ΠΑ..... ΙωΝ. pro Mysiae *Pario*, huc restituendus videtur, legendumque ΠΕΡΓΑΙωΝ. Idem typus est in alio numo Commodi ab eodem Arigonio edito sub *Perga*. Sic de alio numo Aurelii apud eumdem Arigonium (ibid.) cum ΠΑΡ.... pro Pario, et cum typo victoriae.

SELEVCIA. Numi a Pellerinio (Rec. II. Tb. 71. fg. 12 — 15.) huic urbi tributi, sunt potius *Selges* Pamphyliae. Idem auctor in suis notis Mss. ait, alios similes esse inscriptos ΣΕΛΓ. quod sedem eorumdem melius confirmat.

SIDE. Numus argenteus Begeri (Th. Br. T. I. p. 297.) inscriptus ΔΕΙΝΟ. pro *Dinocrate* Siculo, huc pertinet. Alius electreus M. Medicei, *Seleuco* I. regi Syriae a Gorio (Mus. Florent.) datus, est hujus *Sides*. *Confer Eckhel. Num. Vet. p. 214.* — Quem Paruta vulgavit cum monogram. ΠΑΡ. pro *Panormo* Siciliae, esse *Sides*, jam diximus. Quem Harduinus (ad Plin. T. II. p. 674.) dedit Alexandro Magno, esse *Sides*, alii viderunt.

Numus Pell. (Rec. II. Tb. 71. fg. 22.) in-

inſcriptus ΣΙ. ΔΗ. eſt *Sicyonis* Achajae. Eckhelius vult eſſe *Siphni* Inſulae.

PISIDIA.

ANTIOCHIA. Autonomus M. Hunt. (Tb. 5. fg. 15.) inſcriptus hinc ANTIOCH. illinc. COL. ANT. *Antiochiae* Syriae a Combio tributus, huc pertinet.

BRIAS, BRIANE. In Lexicis, et Catalogis Geographicis attribuitur huic urbi numus editus in M. Pembr (P. II. Tb. 6. fg. 12.) cum epigraphe ΒΡΙΑΝΩΝ. ſed quem eſſe male lectum pro ΒΑΓΗΝΩΝ. cenſemus. Erit adeo *Bagarum* Lydiae: Similem vulgavit Seſtinius ex M. Ainsl. (Lett. T. IV. p. 120.) in quo pariter *Caput Serapidis*, et in)(*Iſis cum Siſtro, et Situla.*

OLBASA. Autonomus aeneus cum ΟΛΒΑCΑ. ΒΟΤ. . . . huic Piſidiae *Olbaſae*, a Pellerinio tributus (Suppl. III. pag. 111. Tb. 5. fg. 7.) eſt *Corcyrae* Inſulae.

Imperatorii Maeſae, et Gordiani, Coloniae nomine, a Vaillantio ad *Olbam* Pamphyliae revocati, ſecundum Belleyum ſunt *Olbaſae* Piſidiae, at ipſe dubitat de vera lectione in COL. IVL. AVG. OLBABEN. vel COL. OLBA. . . .

SELEVCIA. Imperatorii inſcripti ΚΛΑΥΔΙΟ-CΕΛΕΥΚΕΩΝ. *Seleuciae* Ciliciae, vel Iſauriae tributi, vel exiſtimati ad notandam Concordiam *Claudiopolin* inter et *Seleuciam*, huc jure revocati fuere ab Eckhelio.

SELGE. Reſtituendus huic urbi Imperatorius Antonini Pii, quem vulgavit Triſtanus (T. I. p. 609.) cum typo duarum metarum, vel turrium, vel ararum, ut dicitur, et cum epigraphe CΕΛΕΥΚΕΩΝ. pro CΕΛ-ΓΕΩΝ. et quem ipſe perperam Seleuciae Ciliciae tribuit. Harduinus (Oper. Sel. p. 152.) hunc numum in judicium vocans, eſſe Seleuciae Syriae putavit: ſed jam ſub voce ΣΕΛΓΕΩΝ. dicit: In altero Antonini Pii, cujus formam habemus in plumbo expreſſam, videntur eſſe turres duae — Pariter Vaillantius (Graec. p. 46.) ſimilem protulit ex Muſ. P. Charonier cum CΕ-ΛΕΥΚΕΩΝ. pro quadam Seleucia: indeque alium numum ſimilem ſub Caracalla ipſe Vaillantius laudat ex Muſ. Eq. Gotifredi inſcriptum ut ſupra, pro Seleucia Syriae, quem numum cum capite Antonini Pii edidit Havercampus in Num. Reg. Chriſt. cum eadem falſa lectione, et ſede: Nam in Muſeo Bracciano, nunc Vaticano, numus Caracallae apud Vaillantium eſt Antonini Pii cum epigraphe CΕΛΓΕΩΝ et ſimilem recte deſcripſit auctor M. Theup. (p. 894.) pro noſtra Selge.

SELGE. Huc pertinent numi inſcripti ΣΕ. ΣΕΛ. quos Pellerinius tribuit *Seleuciae* Pamphyliae.

TERMESSVS. Autonomi inſcripti ΤΕΡ. cum typo *Equi currentis*, ſunt potius *Terpilli* Macedoniae. Quem Morellius edidit cum capite *Auguſti*, dubium eſſe putamus.

ISAVRIA.

CLAVDIOPOLIS. Numi huic *Claudiopoli* tributi, pertinent ad *Claudiopolin* Bithyniae. Alii inſcripti ΚΛΑΥΔΙΟCΕΛΕΥΚΕΩΝ. in quibus Vaillantius, ejusque ſequaces Concordiam inter hanc *Claudiopolin*, et *Seleuciam* Iſauriae notari credidere, ſunt *Seleuciae* Piſidiae.

ISAVRVS. Imperatorium Getae inſcriptum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. ΙCΑΥΡΩΝ. perperam Harduinus tribuit *Seleuciae* Ciliciae (Oper. Sel. p. 152.)

LALASSIS. Forte huc revocandus numus argenteus inter incertos a Combio repoſitus (M. Hunt. Tb. 66. fg. 25.) cum epigraphe dubia, ſed ΛΑΛΑ. ΕΚ. in alio ſimili M. Couſ. luculenter legitur.

Numus cum epigraphe latina, ſed in utraque parte vitiata, quem huc revocavit Eckhelius ex M. Pembr. (P. II. Tb. 27.) eſt potius Coloniae *Agrigenti* Siciliae.

LYCAO-

LYCAONIA.

CLAVDIOPOLIS. Hoc nomine urbs in Lycaonia non fuit, et qui eam adferuere, nixi funt in falfa numorum lectione, qui funt vel *Claudiopolis* Bithyniae, vel *Iconii*, ut mox dicetur.

DERBE. Numus Fauftinae Iun. in quo Morellius (Spec. p. 217.) vidit ΚΛΑΥ. ΔΕΡ. ΚΟΙ. ΛΥΚΑΩΝΙΑC. loco ΚΛΑΥΔΕΙΚ. ΚΟΙ. ΛΥΚΑΩΝΙΑC, eft fequentis *Iconii*.

ICONIVM. Autonomus, in quo Pellerinius (Rec. II. Tb. 45. fg. 48.) legit ΚΟΝΙΕΩΝ. pro *Conio* Phrygiae, huc pertinet: In his numis vera epigraphe eft ΕΙΚΟΝΙΕΩΝ — Alius M. Hunt. (Tb. 18. fg. 6.) in quo Combius vidit ΚΛΑΥΔΙΕωΝ. . . . ΕωΝ. pro *Claudiade* Cappadociae, huc revocatus fuit ab Eckhelio, fupplendumque ΕΙΚΟΝΙΕωΝ — Numus a Muffelio (Num. Pop. Tb. X.) huic *Iconio* tributus, reftituendus *Hipponio* Italiae, nam pro ΙΚΩΝΙΕΩΝ. legendum eft ΙΠΠΟΝΙΕΩΝ, ut jam olim probavit Eckhelius. (Num. Vet. p. 273.)

Imperatorius Neronis editus ab Haymio (Th. Br. II. p. 243.) cum vitiato urbis nomine, eft fimilis illi a Pellerinio prodito (Rec. II. Tb. 69. fg. 12.) cum epigraphe integra ΚΛΑΥΔΕΙΚΟΝΙΕωΝ — Alius Neronis, quem citat Gefsnerus ex M. Froment (Impp. Tb. 49. fg. 25.) cum epigraphe ΚΛΑΥΛΕΙΝΟΝΙΕωΝ. l. ΚΛΑΥΔΕΙΚΟΝΙΕωΝ. reftituendus huic *Iconio*, ut recte vidit Eckhelius.

Numus M. Aurelii, in quo Froelichius (IV. Tent. p. 198.) legit . . ΑΛ. . . . ΩΝ. ΚΟΙΝ. ΛΥΔ. pro ΛΥΚΑ. et perperam *Lydiis* adjudicatus, eft pariter hujus *Iconii*.

Numus Fauftinae Iun. apud Vaillantium cum ΚΛΑΥΔΙΟΠ. ΚΟΙ. ΛΥΚΑΩΝΙΑC. pro *Claudiopoli* Lycaoniae, et quem laudat Morellius (Spec. p. 217.) cum ΚΛΑΥ. ΔΕΡ. ΚΟΙ. ΛΥΚΑΩΝΙΑC. pro *Derbe* Lycaoniae, loco ΚΛΑΥΔΕΙΚ. ΚΟΙ. ΛΥΚΑΩΝΙΑC. eft *Iconii* — Alius ejusdem Fauftinae, quem Froelichius (IV. Tent. p. 213.) praetenfae *Claudiopoli* Lycaoniae adfcribit, huc pertinet.

LARANDA. Imperatorius Antonini Pii apud Vaillantium cum ΛΑΡΑΝΔΕΩΝ. loco ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ eft *Alabandae* Cariae.

PARLAIS. Numus Antonini Pii, in quo Belleyus vidit C. PARIA. IVL. AVG. pro Colonia *Pariana*, loco C. PARLAis. huc pertinet — Alius M. Aurelii cum eadem epigraphe Coloniae *Parianae* a Vaillantio perperam datus, eft hujus *Parlaidis*, ut jam probavit Haymius (Th. Br. T. II. pag. 319.)

Alius incertus Sept. Severi cum epigraphe vitiata apud auctorem M. Theup. (p. 700.) cum typo *Menfis*, et LIAR. MIS. loco IVL. AVG. COL. PARLAIS. huc pertinet.

CILICIA.

AEGAE. Autonomus cum typo *Caprae jacentis*, quem Haymius (Th. Br. I. p. 211.) *Athenis* tribuit, huic urbi reftitutus fuit ab Eckhelio: Epigraphe ex truncis literarum capitibus facile in ΑΙΓΕΑΙΩΝ. elicitur.

Imperatorius Tiberii, quem Vaillantius recitat ex *L. Agoftini*, cum: ΕΠΙ. ΚΟΥΛΕΩΝΟΣ. ΑΙΓΕΑΙΩΝ. ΔΗΜΟΥ. *intra lauream*, fitne harum *Aegarum*, incertum. Sed dubitare jure poffumus, an fit numus recte lectus, loco ΕΠΙ. ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΜ. Turbat in hoc numo vocabulum ΔΗΜΟΥ. Nam fi huc vere pertinet, literae erant ad indicandam epocham; In numo Claudii pariter intra lauream legitur ΑΙΓΕΑΙΩΝ. ΕΤ. ΡΑ.

Numus Commodi his perperam defcriptus ab Harduino (Oper. Sel. p. 6.) nunc ΑΔΡΑΝΩΝ. ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΟΜΟΝΟΙΑ. pro *Adranenfium*, et *Hadrianenfium Concordia*, mox (ibidem) ΑΔΡΑΝΝΩΝ. ΚΟΜ. . . . . . ΗC. CΚΘ. pro *Adramna* Coelefyriae, huc pertinet, et eft fimilis illi, quem Vaillantius de-

descripsit cum ΚΟΜΟΔΙΑΝΩΝ. ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΑΙΓΕΑΙΩΝ. ΕΤΟΥC. ΔΑC. et cum typo capitum *Serapidis*, et *Isidis*.

Numus Plautillae apud eumdem Harduinum (ib. p. 9.) cum ΑΙΓΕΑΤΩΝ. loco ΑΙΓΕΙΡΑΤΩΝ. est *Aegirae* Achajae.

In numis Macrini, et Diadumeniani obvium: Μ. ΕΥΓ. Π. Θ. quam epigraphen explet Vaillantius: *Marco Eugene Panegyrista Deorum*: Harduinus, *Prytane nonum*: Eckhelius, *Marcus Eugenes Pius Theologus*, exemplo alterius numi Diadumeniani, in quo Haymius legit: ΜΑ. ΕΥ. ΠΙΟC. quae lectio dubia, nam deficit Θ. At in alio exemplari M. Ainsl. legitur Μ. ΕΥΓ. ΠΑ. Θ. pro *Panegyrista Deorum*, secundum Vaillantium.

ALAE. Imperatorius Gordiani, in quo Harduinus (Oper. Sel. p. 12.) legit ΑΛΗΙΝΩΝ. l. ΑΛΙΗΝΩΝ. est *Aliae* Phrygiae, ut recte censet Eckhelius.

Autonomum, quem idem Harduinus citat hinc inscriptum ΑΛΗC. illinc ΕΠΙ. ΒΙΩΝΟC. esse *Smyrnae*, jam censemus, legendumque ΜΕΛΗC. loco ΑΛΗC.

AMANIENSES. Autonomus, quem laudat Wackerus (Geog. Num. Consp. p. XXIV.) ex suo Museo cum ΑΜΑΝΙΤΩΝ, (literis fugientibus) loco ΑΜΑΝΤΩΝ, est *Amantiae* Illyrici.

ANAZARBVS. In numo Commodi male legit Harduinus (Oper. Sel. p. 15.) ΜΕΤΩΝ. ΠΡΟC. ΑΝΑΖΑΡΒΩ. ΕΤΟΥC. ΑC. loco ΑΝΑΖΑΡΒΩ. ΕΤΟΥC. ΒC ΑΥΤΟΝΟΜΟC. uti apud Vaillantium invenitur.

ANCHIALE. Autonomus inscriptus ΙΕΡΑ. ΒΟΥΛΗ. et ΑΝΧΙΑΛΕΩΝ. loco ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. quem vulgavit Froelichius (Not. Elem. p. 74.) ad *Antiochiam* Cariae pertinet. Confer *Eckhel. Num. Vet. p.* 55.

Imperatorii a variis propter inscriptionem ΑΝΧΙΑΛΕΩΝ. huc vocati, *Anchialo* Thraciae restituti jam fuere. Nulla ergo certa habetur hujus urbis moneta.

AVGVSTA. Huc pertinet numus Autonomus, vel Imperatorius Augusti, vel Liviae, quem edidit Spanhemius (T. I. pag. 240.) sed inique in Siciliam derivavit, in qua hodie superstes est Oppidum *Agusta*, sed veteribus ignotum.

CASTABALA. Numi huic urbi tributi, sunt potius *Castabalorum* Cappadociae, judicio Eckhelii.

CELENDERIS. In numo Etruscillae perperam legerunt Vaillantius: ΚΕΛΕΝΔΡΕΝΩΝ. et auctor M. Theup. p. 1075. ΚΕΛΕΝΔΕΡΙΝΩΝ. loco ΚΕΛΕΝΔΡΙΤΩΝ.

DALASIS. Portio Ciliciae apud Ptolemaeum, cui autonomum inscriptum Æ. Κ. ΔΑΛΑ. Pellerinius (II. Suppl. p. 37.) adjudicat, et prolixe de eo disserit; sed opinione Eckhelii ipse auctor non persuadet.

DIDYMAE. Imperatorius Valeriani, in quo Bandurius (T. I. p. 122.) legit ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΔΙΟΓΕΝΟΥC. ΔΙΔΙΜΑΙΩΝ. ΕΙΛΗCΙΩΝ. pro Concordia inter *Didymas* Ciliciae, et *Ilesium* Boeotiae, loco ΔΙΔΕΙΜΙΑ. ΜΕΙΛΗCΙΩΝ., ad *Miletum* Ioniae pertinet.

DIOCAESAREA. Numus Severi inscriptus ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΔΙΟΚΑΙCΑΡΕΩΝ, quem Pellerinius (Mel. II. pag. 118.) *Diocaesareae* Phrygiae tribuit, est potius hujus *Diocaesareae*, quae Hadrianae titulo gavisa fuit, ut ex aliis numis certis patet.

ELEVTHEROCILICES. His Haymius adjudicavit numum regium, id est Seleuci VI. in cujus aversa ipse legit .. ΕΛΕ. ... ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΤΩΙ. ΠΥΡΑΜΩΙ. quae lectio dubia est. Eckhelius opinatur, legendum esse ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. pro *Seleucia* incerta ad Pyramum. Dicam potius ΙΕΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. et Caput Seleuci VI. erit Antiochi IV. Commagenes regis.

HIEROPOLIS. Secundum aliquos antiquarios numi Diadumeniani, et Elagabali inscripti

ΙΕΡΟΠΟ.

ΙΕΡΟΠΟ. ΚΑCΤΑΒΑΛΑ. Concordiam inter binas Ciliciae urbes *Hieropolin*, et *Castabala* indicant: verum hos numos esse *Castabalorum* Cappadociae, quae et *Hieropolis* nomine gloriabatur, ab Eckhelio stabilitur.

IRENOPOLIS. Numus Treboniani cum ΖΕΦΥΡΙΩΤΩΝ. ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΙΤΩΝ, quem Vaillantius vulgavit pro Concordia inter hanc urbem, et *Zephyrium*, videtur esse dubiae lectionis, et fidei — Pro Epocha in hoc numo signata, fors male lectum vel adstitutum fuit ΖΕΦΥΡΙΩΤΩΝ. loco ΕΤΟΥC.....

LAERTE. Numus Trajani, in quo Pellerinius (Mel. II. p. 55. vel Mel. I. p. 20.) vidit ΜΕΓΙΑΙΤωΝ. loco ΛΑΕΡΤΕΙΤωΝ. et perperam ab eo *Megiae* Mesopotamiae tributus, jam huic urbi Ciliciae restitutus fuit a Sestinio (Lett. Vol. II. p. 194.)

MALLVS. Numus autonomus apud auctorem M. Theup. (p. 1281.) cum capite barbato laureato, et in)(ΜΑΛΛΩΤΩΝ. est potius Imperatorius cum capite imberbi Augusti, secundum alium similem a Sestinio editum (Descr. Num. Vet. sub *Mallo* Ciliciae.)

Imperatorius Sabinae, in quo Haymius timide vidit ΦΑΝΩΤΩΝ. loco ΜΑΛΛΩΤΩΝ. huc revocandus.

MEGARSVS. Numus argenteus cum ΜΕΓ. quem Combius (M. Hunt. Tb. 36. fg. 22.) huc vocavit, est potius *Megarae* Atticae.

MOPSVS. Perperam auctor M. Theupoli (p. 1284.) huc vocat numum, qui est *Mopsii* Thessaliae, ut ibi dictum.

Numus, quem Harduinus (Op. Sel. p. 109.) adfert cum ΜΗΤΡΟΠ. ΤΩΝ. ΠΡΟC. ΤΩ. ΠΥΡΑΜΩ. est dubiae lectionis, et classis. Legendum forte ΙΕΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. pro *Hieropoli*, vel ΜΕΓΑΡΣΩΝ. pro *Megarso* ad Pyramum.

NAGIDVS. Huc pertinet numus argenteus inscriptus ΝΑΓΙΔΙΚΟΝ. quem olim Eckhelius attribuit *Nagido* Cypri (Num. Vet. p. 233. ad 238. Tb. 14. fg. 1.)

OLBA. Numus Polemonis, in quo Liebius (Goth. Num. p. 407.) legit ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ. ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ. Caput Augusti)(Κ. ΕΝΝΑΤ. ΔΥΝΑΤ. . . ΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΚΑ. . . ΜΥΛΑΣΣΕΩΝ. L. ΙΑ. cum interpretatione: *Et nono Dynasta* . . . *Sanctae* . . . *Et Mylassensium*, *Anno undecimo* referendus ad Polemonem sacerdotem Olbae, et lege ut in aliis: Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΥ. ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ. ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ. Caput Polemonis juvenile)(ΚΕΝΝΑΤ. ΔΥΝΑΣΤΟΥ. ΟΛΒΕΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΛΑΛΑΣΣΕΩΝ. Ε. ΙΑ. *Cennatorum Dynastae Olbensium* urbis *sacrae et Lalassensium*, *Anno undecimo*.

PINDENISSVS. Huic urbi adjudicatus fuit ab Haymio (Th. Br. II. Tb. 28. fg. 4.) imperatorius Britannici cum epigraphe mutila et cum typo Iovis stantis, sed quem esse potius *Cadorum* Phrygiae censemus.

SELEVCIA ad Calycadnum. Imperatorius Macrini a Pellerinio (Lettr. I. Tb. I. fg. 6.) vulgatus cum epigraphe CΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΑΥ. Κ. Α. pro *Seleucia* Syriae, est nostrae *Seleuciae* ad Calycadnum. Confer *Sest. Lett. T. V. p. LXIII.*

Numus cum capitibus *Gordiani*, et *Tranquillinae*, in quo multi legunt CΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΠΡΩΤΩΝ. cum typo *duorum Capitum*, id est *Solis*, et *Lunae*, est adulteratus, vel male lectus: In aliis similibus epigraphe est constanter: CΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟC. ΚΑΛΙΚΑΔΝΩ. ΕΛΕΥΘΕΡΑC.

Alii Imperatorii inscripti ΚΛΑΥΔΙΟCΕΛΕΥΚΕΩΝ, quos aliquando Eckhelius suspicabatur male lectos, sic ut pro ΚΛΑΥΔΙΟ, legendum sit ΚΛΑΥΚΑ, non sunt hujus *Seleuciae*, ut visum Vaillantio, et Pellerinio, sed *Seleuciae* Pisidiae, ut jam Eckhelius comprobavit.

Alius Gordiani, quem Vaillantius (Graec. p. 156.) citat ex M. Feschii cum epigraphe CΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΚΛΑΥΚ. cum typo *Dei Mensis in equo*, est similis illi, quem protulit ex Thes. Regio p. 151. cum ΚΛΑΥΔΙΟCΕΛΕΥΚΕΩΝ. et uterque pertinet ad Seleuciam Pisidiae.

SOLI. Numi a variis auctoribus *Solis* Cypri tributi, huc revocati fuere.

TARSVS. Numus argenteus inscriptus ΤΕΡΣΙΚΟΝ. quem Pellerinius (Rec. II. Tb. 41. fg. 4.) *Heracleae* Bithyniae tribuit, huc revocatus fuit ab Eckhelio.

Autonomus apud Combium (M. Hunt. Tb. 56. fg. 23.) cum epigraphe dubia, et manca: ΤΑΡΣΕΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ. est *Rhosi* Syriae, legendum ΡΩΣΕΩΝ. pro ΤΑΡΣΕΩΝ.

Numus, quem Combius edidit inter autonomos hujus urbis (M. Hunt. Tb. 56. fg. 19.) est Imperatorius Antonini Pii, in quo legendum, et supplendum in aversa: ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΤΙ. ΑΙ. ΑΔΡΙ. ΑΝΤΩΝΙΝΟϹ. ϹΕΒ. ΕΥ. in area Π. Π.

Alius Hadriani apud Patinum (Impp. p. 203.) cum ΑΔΡΙΑΝ..... ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ. pro *Hadrianopoli* quadam, vel *Hadrianea*, ad *Petram* Arabiae pertinet. Perperam Harduinus (Op. Sel. p. 165.) numum hunc sic explendum sistit: ΑΔΡΙΑΝΗ ΤΑΡϹΟϹ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ. loco ·ΑΔΡΙΑΝΗ ΠΕΤΡΑ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ.

Numus M. Aurelii apud Wilde (Sel. Num. Tb. 18. fg. 109.) cum epigraphe prorsus extrita, non est hujus classis.

Epigraphe in numo Sep. Severi, in quo Vaillantius legit ΕΠΙ. ΑΡΧ. Γ. ΟΜ. sub *Pontifice Caio Omphalione*, est dubia. In alio M. Ainsl. legitur ΕΠΑΡΧ. Γ. ΟΜ. pro *Concordia Trium Provinciarum*.

ZEPHYRIVM. Numi a Goltzio (Inf. As. Tb. 4.) proditi cum adficta epigraphe ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ. vel ΖΕΦΥΡΙΩΤΩΝ. sunt *Arcadum*, vel *Megalopolis* Arcadiae.

Alius, in quo Pellerinius (Rec. II. Tb. 72. fg. 10.) legit . . ΕΦΥ. loco ΦΕΡΑ pro hoc *Zephyrio*, et quem Eckhelius *Erythras* Boeotiae revocavit, est *Pherarum* Thessaliae.

Concordiam cum *Irenopoli* Ciliciae in numo Treboniani vidit Vaillantius, de cujus epigraphes fide dubitat Eckhelius.

CYPRVS.

Autonomus totius Insulae nomine certae fidei nullus habetur. Nam numi inscripti ΚΥΠΡΙΩΝ. cum *templo Veneris Paphiae* sunt Goltziani. Quem antiquarii huc revocant cum ΚΥ. et cum nomine *Eprii Marcelli proconsulis*, esse *Cymes* Aeolidis, ab Eckhelio stabilitum fuit. Tandem Numus Arigonii cum ΚΙΠΡΟΣ. l. ΜΗΤΡΟΣ, est *Metroi* Bithyniae, sententia Eckhelii.

AMATHVS. Autonomi argenteus et aeneus ΑΜΑΘΟΥΣΙΩΝ. apud unum Goltzium. Numus Arigonii cum ΑΜΑ. l. ΣΑΜΑΙ.. est *Sames* Cephallenum. Pellerinius (Rec. III. p. 128.) aeneum, in quo legit ΑΜΑ. huc pertinere posse suspicatus est, sed quem esse *Corcyrae*, praeclare evicit Neumannus (Num. Vet. P. I. p. 193.)

CARIVM. Numi inscripti ΚΑΡΙΝΑΙΩΝ. vel ΚΑΡΙ. quos laudat Froelichius (Not. Elem. p. 91.) ex Arigonio, sunt dubiae lectionis et sedis. Ille cum ΚΑΡΙ. probabiliter spectat ad *Euboeam*, cui favent et *caput muliebre velatum*, et *Bos*, legendum tamen ΕΥΒΟ. Similem vide apud Pellerinium.

CARPASIA. Autonomi argenteus, et aeneus ΚΑΡΠΑΣΙΕΩΝ. apud solum Goltzium. (Ins. Graec. Tb. 26. fg. 5. 6. p. 286.)

CERAVNIENSES. Autonomum aeneum ΚΕΡΑΥΝΙΕΩΝ. Goltzius *Ceraunienfibus* Cypri tribuit, quos tamen nullos geographi in Cypro nominant.

CVRIVM. Autonomus, in quo Goltzius (Ins. Graec. Tb. 26. fg. 3.) ejusque commentator Nonnius (p. 284.) legerunt ΚΥΡΙΕΩΝ, a Begero singulari Dissertatione Aetoliae numis insertus fuit. At in aliis similibus legitur ΟΥΥΣ. ut dicitur, et admodum hi numuli inter incertos reponendi. Sestinius ob typi analogiam *Scionen* Macedoniae suspicatus est.

GOLGVM.

GOLGVM. Numi Goltziani inſcripti ΚΟΛΧΩΝ. vel ΚΟΛΧΟΙΣ, et qui *Mileti* Ioniae ſunt, altero errore *Golgo* Cypri ab Harduino adjudicati fuere.

HYLAE, HYLETAE. Lexica et Catalogi Numiſmatici commemorant hanc urbem, pro numo inſcripto ΥΛΕΤΑΝ. ex Numophyl. Ludov. p. 26. quem eſſe male lectum loco ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΥ. pro Rege *Philetaero*, jam patet.

IDALIVM. Autonomos duos prodidit Goltzius (Inſ. Tb. 27. fg. 7. et 8.) quorum unus ΙΔΑΛΙΩΝ. et typo *Gryphi d. rotam tenentis*, teſte Wackero, genuinus dicitur. Alter (L. c. fg. 8.) inſcriptus hinc ΧΑΛΧΙΚΟΝ. inde ΙΔΑΛΙΕΩΝ. eſt unus ex obviis cum ΚΑΙΝΟΝ. tantum, et qui ſub *Caene* Inſula deſcribuntur — Alium ΙΔΑΛΙΩΝ. ex M. Le Bret huc vocavit Panelius, ſed legendum eſſe ΜΑΛΙΩΝ, numumque reſtituendum *Malienſibus* Theſſaliae, opinatur Pellerinius (Rec. I. p. 171.) At eſſe *Meli* Inſulae, in hac diximus — Tandem alium adjudicavit Harduinus (Oper. Sel. p. 71.) cum ΙΔΑΛ. et typo *Aquilae ſerpentem ungulis tenentis*, quem eſſe *Chalcidis* Euboeae omnibus notum eſt.

LAPETHVS. Autonomus ΛΑΠΗΘΕΩΝ. ſoli Goltzio cognitus, in quem pluribus commentatus eſt Spanhemius (T. I. p. 342.) ſed idem quoque unius Goltzii fide nixus.

MARIVM. Autonomus argenteus inſcriptus ΜΑΡΙ. apud ſolum Begerum (Th. Br. I. p. 409.)

NAGIDVS. Numus inſcriptus ΝΑΓΙΔΙΚΟΝ. quem olim Eckhelius (Num. Vet. p. 233. Tb. 14. fg. 1.) huic Cypri urbi tribuit, ad Ciliciae *Nagidum* jam revocatus fuit a Neumanno (Pop. II. p. 53.) ſeriusque ab ipſo Eckhelio.

PAPHVS. Autonomos aeneos binos ΠΑΦΙΩΝ. unus Goltzius (Gr. Inſ. Tb. 26. fg. 1. et 2.) vulgavit ceteris ignotos. Alios argenteos, et aeneos cum ΠΑ. vel Π. produxerunt Dutenſius, et Combius, ſed dubia eorum ſtatio. Sunt potius numi *Pallenſium* Cephallenes.

Nicoclia Heroina. Numus per aetatem luxatus, in quo Begerus (Th. Br. I. p. 278.) vidit ΝΙΚΩΚΙΑ. ΗΡ. l. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ.)(ΑΖΟΡΕΤΟΝ. l. ΕΤΟΥ. ΖΟΡ. et perperam *Nicocliae* heroinae Nicoclis I. vel filiae, vel ſorori tributus, eſt unus ex obviis *Antiochenſium* Syriae.

SALAMIS. Sex numos ex ſuo Muſeo huic urbi largitus eſt Pellerinius (Rec. III. Tb. 101. fg. 1 — 6.) quorum quatuor priores ad alias urbes ſpectant, primumque illi ſub fg. 1. et 4. ſunt *Sami* Inſulae. Alius ſub fg. 2. cum galea et Σ. eſt dubiae claſſis. Ille ſub 3. anepigraphus, ratione typi, *Pergamo* convenit.

Alius inſcriptus ΣΑ. ΒΑΤΤΟΣ. quem Eckhelius (Num. Vet. p. 238. Tb. 14. fg. 2.) olim huic urbi adſcripſit, eſt *Sami* Inſulae.

Numus M. Pembr. (P. II. Tb. 27. fg. 3.) quem Guſſeme (Diccion. VI. pag. 82. Nr. 2.) huc refert, eſt *Salapiae*.

Aeneus cum capite *Eurypyli* inſcriptus ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, et non ΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝ. ad *Pergamum* Myſiae ſpectat.

SOLI. Numi inſcripti ΣΟΛΟΙ. vel ΣΟΛΕΩΝ. vel ſimiliter perperam a Pellerinio (Rec. III. Tb. 102. fg. 7.) a Combio (M. Hunt. Tb. 51. fg. 24. ad 32.) huic Cypri urbi tributi, ad *Solos* Ciliciae pertinent. Aeneus vero ΣΩ. cum typo *Botri*, et *amphorae*, quem Pellerinius (ib. fg. 8.) edidit pro his *Solis*, eſt *Corcyrae* — Alius apud eumdem (ib. Tb. 117. fg. 2.) eſt pariter *Corcyrae*. Numus apud Auct. M. Theup. p. 1301. inſcriptus ΣΟΛΟΝΤΙΝΩΝ. pro his *Solis*, eſt *Solunti* Siciliae.

TAMASSVS. Autonomi aenei ΤΑΜΑΣΙΤΩΝ. cum *templo Veneris Paphiae* ab uno Goltzio editi.

 TREMI-

TREMITHVS. Autonomum aeneum ΤΡΕΜΙΘΟΠΟΛΙΤΩΝ. huic tribuit Goltzius nemini praeterea cognitum (Gr. Inſ. Tb. 27. fg. 3.)

CLIDES Inſulae. Autonomus aeneus anepigraphus cum typo *Aquilae*, et *Clavis*, ut viſum Pellerinio (Rec. III. Tb. 95. fg. 13.) et his Inſulis tributus, eſt *Sicyonis* Achaiae: In alio ſimili, quem vulgavit Seſtinius, legitur ΣΙΚΥΩ... et pro praetenſa clave in averſa, eſt monogramma.

REGES CYPRI.

EVAGORAS. De fide numorum hujus regis, qui editi fuere a Maffejo (Veron. ill. P. III. p. 235.) et in M. Pembr. (P. II. Tb. 42.) jure dubitat Eckhelius.

LYDIA.

Numus M. Aurelii, in quo Froelichius (IV. Tent. p. 199.) legere ſibi viſus erat: ΚΟΙΝΟΝ. ΛΥΔΩΝ., eſt *Iconii* Lycaoniae.

ANINESVM. Autonomus Muſelii (Num. Pop. Tb. 2. fg. 4.) inſcriptus ΑΝΙΝΗΣΙΩΝ. recte huc revocatus fuit ab Eckhelio. Perperam Corſinus *Amneſum* Cretae reſpexit.

Alius M. Hunt. (Tb. 22. fg. 16.) cum ΚΤΙΜΕΝΟϹ.)(ΑΝΙΝΗϹΙΟΙϹ. pariter huic urbi ab Eckhelio reſtitutus fuit. Perperam Combius hunc numum *Cremenis* Theſſaliae attribuit: perperamque Seſtinius, qui utrumque numum in examen vocans, eſſe *Aenianum* Acarnaniae monetam conjecit. (Lettere T. III. p. 139.)

ATTALIA. Autonomi et Imperatorii inſcripti ΑΤΤΑΛΕΑΤΩΝ, ſunt hujus *Attaliae.* Alii inſcripti ΑΤΤΑΛΕΩΝ. ſunt potius *Attaliae* Pamphyliae.

BAGAE. In autonomo M. Pembr. (P. II. Tb. 6.) lege ΕΠΙ. ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ. ΑΡΧ. loco ΓΕ. In alio, quem edidit Spanhemius cum ΒΑΓΗΙΩΝ. lege ΒΑΓΗΝΩΝ. In alio apud M. Pembr. ib. Tb. 6.) eſt ΒΡΙΑΝΩΝ. pro ΒΑΓΗΝΩΝ.

Imperatorius Gallieni, quem Taninius ex M. Com. Verità vulgavit cum ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ. ΒΑΓΗΝΩΝ. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΩΝ. et in quo trium populorum Concordiam vidit, eſt tantum *Bagenorum Caeſarenſium* in concordia cum *Temenothyris* Lydiae — Quos vulgavit Vaillantius in Concordia inter noſtras *Bagas*, et *Caeſaream* Bithyniae, eſſe pariter *Bagenorum Caeſarenſium* jam diximus.

BLAVNDVS. Autonomus, in quo Harduinus (Op. Sel. p. 79.) legit ΔΗΜΟϹ. ΚΑΛΥΝΔΕΩΝ. pro *Calynda* Cariae, l. ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ. eſt hujus *Blaundi.*

Caii Caeſaris Agrippae Filii alium edidit Froelichius (IV. Tent. p. 160.) in cujus averſa legit: ΤΙ. ΦΛΑ..... ΗΣ. ΚΑΛΥΝΔΕΩΝ. Hic numus eſt pariter in M. Couſineriano, et habet caput Neronis, et non Caii cum integra epigraphe: ΝΕΡΩΝ. ΚΑΙΣΑΡ.)(ΤΙ. ΦΛΑ. ΚΑΛΛΙΓΕΝΗΣ. ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ. pro *Blaundo*, et non pro *Calynda* Cariae.

GABALA, male in numos accita ab Harduino, legendum enim *Tabala*, quam vide.

GORDVS IVLIA. Numus, quem Geſsnerus (Tb. 26. fg. 25.*) recitat ex M. de Pfau, cum epigraphe ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΑΔΡΗΝΩΝ. l. ΓΟΡΔΗΝΩΝ. huc pertinet.

HERACLEA. Autonomus apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 61. fg. 18.) inſcriptus ΗΡΑΚΛΕΩΤΩΝ. eſt potius *Heracleae* Ioniae.

Imperatorii apud Vaillantium ab Antonino usque ad Maximinum cum epigraphe ΗΡΑΚΛΕΩΝ. vel ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. tributi nulla certe lege jam Cariae, jam Lydiae: ſed ratione epigraphes ſunt potius Lydiae. Nam Heraclea Ioniae ſcripſit ΗΡΑΚΛΕΩΤΩΝ: Et illa Cariae ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ. in propria moneta, quae prodita fuit a Seſtinio.

HERMV-

HERMVPOLIS. Imperatorius Treboniani inſcriptus ΕΡΜΟΥΠΟΛΕΙΤΩΝ. perperam *Hermopoli* Aegypti ab Harduino adjudicatus fuit.

HIEROCAESAREA. Imperatorii cum capite *Severi* et *Caracallae* inſcripti ΙΕΡΟΚΑΙCΑΡΕΩΝ. ΚΟΜΑΝΕΩΝ. ΕΤ. ΒΘΡ. in quibus Vaillantius, Pellerinius, aliique Concordiam cum *Comanis* Ponti viderunt, unis *Comanis* Ponti tribuendi ſunt.

Male notat Eckhelius, adſerens, Imperatorium certae fidei nullum extare; nam unus M. Aurelii editus fuit in M. Alban. (Tb. 34. fg. 1.) et mox alii Veſpaſiani, Lucillae, et Commodi vulgati fuere a Seſtinio.

HYPAEPA. In numis Gordiani perperam legerunt, ut videtur, *Vaillantius* CΤ. ΑΙΛ. ΑΝΤ. ΤΑ. ΕΤ. Α. *Patinus* CΤ. ΑΙΑ. ΑΝΤ. ΤΑCΤΑ. *Harduinus vult* CΤ. ΑΙΛ. ΑΝΤ. ΤΑ. ΕΤ. Δ. *Auctor M. Theup.* ΕΠΙ. CΤ. ΑΙΛ. Α. ΤΑΕΤΑΝΟ. ΕΤ. Ε. Φ. *Nos* ΕΠΙ. CΤ. ΑΙΛ. ΑΝΤ. ΑΛΕΞΑΝ. CΤΕΦανηφορου. et tunc habebis aliam urbem Lydiae cum nomine hujus ſacri Magiſtratus, cujus mentio eſt pariter in numis *Hyrcaniae*, et *Maeoniae*.

MAEONIA. Huc revocandus numus M. Hunt. (Tb. 12. fg. 19.) inſcriptus ΔΗΜΟC. Α. . . .)(ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟC. ΒΑΡ. Ι. ΑΡΧ. pro Bargaſa Cariae, et alius ſimilis a Seſtinio tributus *Aezanitis* Phrygiae (Lett. T. III. p. 47. Nr. 3.) legendumque in utroque ΔΗΜΟC. ΜΑΙΟΝΩΝ.

Pariter reſtituendus huic Maeoniae numus Mamaeae, quem ex Occone recitat Harduinus (Op. Sel. p. 78.) cum ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟC. ΑΡΤΕΜΑ. ΙΩΝΩΝ. pro nomine totius Ioniae, et in quibus ſimilibus legitur. ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟC ΑΡΧ. Α. ΜΑΙΟΝΩΝ. In alio numo Mamaeae male viderunt Harduinus, et Spanhemius ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟC. CΑΡ. ΠΡ. (Literis duabus in unam conflatis) pro CΑΡδις Πρωτη, loco ΑΡΧ. Α. vel ΠΡ. id eſt, *Archonte Primo*.

In numo Decii, in quo Triſtanus (II. p. 595.) legit. ΕΠ. CΤΡ. ΑΦΦΙΑΝΟΥ. ΒΑΡΧΑ. ΤΟΒ. CΤΕΦΑΝΗ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. pro *Magneſia*, Harduinus (Oper. Sel. p. 98.) legendum eſſe cenſet: ΕΠΙ. CΤΡ. ΑΠΠΙΑΝΟΥ. ΑΡΧ. Α. ΤΟ. Β. CΤΕΦΑΝΟΥ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ſed Bimard ad Iobert. (II. p. 249. 250.) utramque conjecturam rejecit, numumque *Maeoniae* reddidit ita reſtitutum: ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΑΠΦΙΑΝΟΥ. ΑΡΧ. ΤΟ. Β. CΤΕΦΑΝΗ. ΜΑΙΩΝΩΝ. ſed rectius ΕΠΙ ΑΥΡ. ΑΠΦΙΑΝΟΥ. ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ. ΑΡΧ. Α. ΚΑΙ. CΤΕΦΑΝΗΦ. ΜΑΙΟΝΩΝ.

In numis Imperatoriis Vaillantius perperam legit ΜΑΙΩΝΩΝ. loco ΜΑΙΟΝΩΝ.

MAGNESIA. Numus Auguſti cum capitibus Liviae, Caii et Lucii proditus fuit a variis lectione varia, primumque a Vaillantio: ΣΕΒΑΣΤΟΙ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥΛΟΥ.)(ΥΙΟΙ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ. ΔΙΟΝΥΣΟΣ. ΚΟΛΗΣΟΥ. Ab Eckhelio ex alio ſimili M. Caeſarei: ΣΕΒΑΣΤ. . . . ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΣΙΠΥΛΟΥ.)(ΥΙΟΙ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. ΙΕΡΕΥΣ. Ab auctore M. Theup. (p. 834.) ΣΕΒ. . . . . . ΩΣΑΝΟ. ΣΙΠΥΛΟΥ.)(ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. ΙΕΡΕΥΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. At exemplo alterius numi ex M. Couſ. praedictae Lectiones erroneae omnes ſunt, nam in eodem legitur: ΣΕΒΑΣΤΩΝ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΑΠΟ. ΣΙΠΥΛΟΥ.)(ΕΠΙ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. ΚΙΛΛΙΔΙΑΝΟΥ. ΙΕΡΕΩΣ. ΣΕΒΕΣΤΟΥ. Huc quoque revocandus alius numus ſimilis, quem Vaillantius laudat ex M. Gotifredi inſcriptum ΕΠΙ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ΥΙΟΙΣ. et quem fere mutilum produxit Havercampus (Tb. XLVI.)

In numo Caligulae male lectum ab Haymio: ΜΑ. ΠΡ. CΙΠΥ. pro Μ. ΑΠ Ο. CΙΠΥ.

Reſtituendi huic urbi duo numi Neronis ab auctore M. Theup. p. 848. ſub incerta patria poſiti, cum epigraphe hinc ΝΕ. ΚΑ. ΖΕΥΣ. ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ. illinc ΕΠΙ. Γ. ΙΟΥ. ΠΟΛΥΑΙΝΟ.

ΠΟΛΥΑΙΝΟ. quorum integram epigraphen vide in aliis duobus similibus a Pellerinio editis (Rec. III. Tb. 133. fg. 7 et 8)

MASTAVRA. Numus *Philippi Patris* proditus a Vaillantio ex M. R. Christinae, est *Philippi Filii*. Confer *Sest. Descrip. Num. Vet.* sub *Mastaura* Lydiae.

MOSTENE. In numis Gallieni perperam legerunt Vaillantius, Harduinus, Bandurius, aliique: ΕΠΙ. CΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΖΕΥΞΙΔΟC. ΠΛΟΥ. ΤΙΛΔΟΥ. vel ΠΟΥΤΙΛΔΟ — vel ΠΛΟΥ. ΤΗΛΔΟΥ. vel ΠΛΟΥΤΙΛΔΟΥ. loco Και Λ. ΤΥΛΛΙΟΥ. ut proponitur apud Cellarium.

SAETTENI. Numus Hadriani inscriptus CΑΕΤΩΝ. loco CΑ. ΕΤ. ΘΝ. et perperam a Vaillantio huic populo tributus, est Samosatorum — Imperatorius Antonini Pii cum CΑΙΤΩΝ. et typo capitis Apollinis radiati, quem Vaillantius Nomo Saiti tribuit, et Harduinus his Saettenis, est dubius pro utraque sede. Is numus est similis aliis inscriptis ΡΟΔΙΩΝ. pro *Rhodo* Insula. Alius M. Aurelii, in quo nonnulli legerunt ΑΡΜΟCΑΙΤΤΗΝΩΝ. loco CΑΙΤΤΗΝΩΝ. ΕΡΜΟC. et perperam Armosata Armeniae amandatus, huc pertinet.

SARDES. Numi argentei inscripti ΣΑ. ΒΑΤΤΟΣ. vel ΣΑ. ΝΑΝΙΣΚΟΣ. cum typo hinc *Capitis Leonis*, illinc *dimidii Tauri*, et quos nonnulli viri eruditi huic urbi tribuerunt, *Samo* Insulae restituendi.

Corrigendus numus aeneus M. Hunt. (Tb. 47. fg. 16.) valde vitiatus, et in quo legitur hinc ΕΠΙ. ΤΙ.... ΝΑCΕΟΥ. illinc ΒΑCΤΗ. loco CΕΒΑCΤΗ. Idem magistratus nomen legitur in numo *Neronis*, quem vulgavit Haymius cum ΕΠΙ ΤΙΜΝΑCΕΟΥ.

Alius autonomus, quem edidit Eckhelius (Cat. I. p. 193. Nr. 10.) cum epigraphe dubia ΣΑΡΔ. et cum typo *Lampadis intra coronam*, est Parii Mysiae, legendumque ΠΑΡΙ. ut in aliis similibus.

Huc pertinet numus Claudii, in quo Morellius et Patinus legerunt ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΑΜΑΣΙΑΣ. pro Concordia *Amasiae* cum his Sardibus, loco ΑΜΑΣΕΑΣ. pro Magistratus nomine, et qui numus idem est cum alio, quem Vaillantius in numis Germanici vulgavit, in quo ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΜΝΑΣΕΑΣ. et item Pallas stans.

In numis Domitiani inscriptis ΔΗΜΟC. CΑΡΔΙΑΝΩΝ. ΔΗΜΟC ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Spanhemius legit CΜΥΡΝΑΙΩΝ. loco ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.

In autonomo Pellerinius legit CΤΡΑ. ΕΙΟ. ΛΙΒΩΝΙΑΝΟΥ. sed in numo Trajani apud Vaillantium legitur ΑΡ. ΙΟ. ΛΙΒΩΝΙΑΝΟΥ. et qui adeo archon, non praetor dicitur.

TABALA. Autonomus Harduini (Op. Sel. p. 61.) inscriptus ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΕΡΜΟC. loco ΤΑΒΑΛΕΩΝ. ΕΡΜΟC, *Gabalae* Lydiae tributus, ad nostram *Tabalam* spectat.

Imperatorii Commodi, et Caracallae ab eodem Harduino (L. c.) editi, cum ΓΑΒΑΛΕΩΝ, l. ΤΑΒΑΛΕΩΝ. sunt pariter hujus *Tabalae*, et non *Gabalae* — Alius Macrini, in quo auctor M. Theupoli (p. 1007.) legit ΤΑΒΑΛΕΩΝ. ΙΕΡΟΠ. ΚΑC. loco ΙΕΡΟΠ. ΚΑCΤΑΒΑΛΕΩΝ. est *Castabalorum* Cappadociae.

TEMENOTHYRAE. Autonomus, in quo Seguinus, et Vaillantius (in Fam. Tull.) legerunt ΤΡΙΜΕΝΟΘΥΡΕΩΝ. loco ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΩΝ. perperam ab utroque *Trimenothuritis* Ptolemaei tributus, huc pertinet — Alius editus a Combio (M. Hunt. Tb. 60. fg. 6.) cum epigraphe luxata ΓΡΙΠΕΝΩ... ΘΥΡΕΩΝ. loco ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΩΝ. et male *Thyreum* Acarnaniae amandatus, est pariter *Temenothyrorum*.

THYATIRA. Numus M. Aurelii a Mazzoleno (M. Pisan. p. 60.) perperam lectus et Nuceriae Campaniae tributus, huc revocandus.

In numo Valeriani Vaillantius et Bonarrotius legerunt ΑΥΓΟΥCΤΕΙΑ. ΑΡΙCΤΑ.

ΟΛΥΜΠ.

ΟΛΥΜΠ. vel ΟΛΥΜΠΙΑ. ſed in alio ſimillimo et integerrimo muſ. Couſineryani eſt ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ΑΔΡΙΑΝΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ.

TRALLES. Autonomi, et Imperatorii nonnulli ab Auguſto usque ad Domitianum, inſcripti tantum ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. conſpirant cum aliis inſcriptis ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. At Eckhelius ſtat pro Caeſarea Bithyniae. Vide Sect. Deſcr. Num. Vet. pag. 247.

Autonomus a Panelio (Num. Ciſtoph. p. 41.) lectus ΕΠΙ. Γ. ΑΤΑ ΤΑΝΤΙ. ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ corrigendus ΕΠ. ΓΡ. ΑΤΤΑΝ. ΚΟΡΙΝΘΟΥ. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ, ne inde quis concordiam Corinthios inter et Trallianos initam velit conjicere.

In alio auctor M. Theup. p. 888. male vidit: ΤΡΑ. Α. ΑΝ. pro *Trajanus Hadrianus Antoninus*, loco ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. et perperam hic numus Caeſareae Cappadociae tributus fuit, ob titulum honorificum ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, quod in averſa ſequitur.

In imperatorio Antonini Pii Vaillantius legit ΕΠΙ. ΑΤΡ. ΑΡΙΣΤΕΟΥ. loco ΕΠΙ. ΓΡΑ. ΕΤΑΡΕΣΤΟΥ. In alio L. Veri Seſtinius male vidit ΕΠΙ. ΣΤΡΑ. loco ΕΠΙ. ΓΡΑ. Pariter in alio Gordiani Pii legit ΕΠ. ΑΤΡ. ΜΑΤΡ. &c. loco ΕΠ. ΓΡ. Μ. ΑΤΡ. (Lett. T. IV. p. 122.) In alio ejusdem Gordiani Vaillantius legit ΕΠ. ΣΤΡ. Π. ΦΙΛΙΠΠΟΥ. loco ΕΠ. ΓΡΑ. &c.

PHRYGIA.

Numus Neronis a Morellio (Impp.) editus cum epigraphe: ΚΟΙΝΟΝ. ΦΡΥΓΙΑΣ. *Aquila expanſis alis*, ſignatus eſt *Apameae* Phrygiae, in cujus numis eadem reperitur epigraphe et typus.

ABBASSVS. Huic oppido obſcuro Vaillantius Severi numum largitur, in quo legit: ΑΒΑΣΣΗΝΩΝ, quae Lectio ſuſpecta videtur Pellerinio (Mel. II. p. 126.) Idem numus exſtat apud Patinum (Impp. p. 229.) cum epigraphe ΑΒΑΣ. pro *Abaſinis* Arabiae.

Huc etiam Haymus debili conjectura vocavit numos inſcriptos ΜΥΣΩΝ. ΑΒΒΑΙΤΩΝ.

ACMONIA. In numo Agrippinae perperam legerunt Patinus, Vaillantius, et Harduinus ΕΠΙ. ΣΕΡΟΥΕΝΟΥ. vel ΣΕΡΟΥΙΝΙΟΥ. vel ΕΠΙ. ΣΕΡΟΥΙΛΙΟΥ. ΚΑΙΠΙΩΝΩΝ. ſed conſtat jam veram lectionem eſſe ΕΠΙ. ΑΡΧ. Τ̊. Γ. ΣΕΡΟΥΗΝΙΟΥ. ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ. vel ΚΑΠΙΤωΝΟΣ. ΚΑΙ. ΙΟΥΛΙΑΣ. ΣΕΟΥΗΡΑΣ. Inique vidit Hall. N. Ith. p. 15. in numo ſimili ΚΛΟΙΤΩΝΑΣ. ΚΑΙ. ΙΟΥΛΙΑΣ. ΣΟΥΗΡΑΣ. ΑΣΜΟΝΕΩΝ.

AEZANIS. Huc revocandus autonomus a Panelio male lectus ΑΝΔΑΝΕΙΤΩΝ. pro *Andania* Meſſeniae, loco ΑΙΖΑΝΕΙΤΩΝ.

Alius a Wiſe (Cat. Num. Bodl. p. 7.) editus cum epigraphe ΔΗΜΟΣ. ΑΙΖΑΝΕΙΤΩΝ., in)(ΕΠΙ. ΙΟΥ. ΣΕΤΗΡΕΙΝΟΥ. ΑΡΧ. Γ. ΝΕΩΚΟΡ. *Sol in quadrigis*, eſt dubiae lectionis pro hac ſtatione. Probabiliter eſt numus Coloſſenſium, vel Cotiaenſium — Quem Seſtinius vulgavit cum ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟΣ. ΑΡΧ. eſſe Maeoniae Lydiae, jam monuimus. (Lett. T. III. p. 47. Nr. 13.)

Imperatorius Voluſiani apud Froelichium (App. II. Nov. ad Num. Vrb. Graec. Tb. 4. fg. 8. p. 112.) cum ΕΠΙ. Ι... ΑΤΚΙΚΟΥ. ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ. et cum typo *Lupi erecto capite, et apertis faucibus gradientis*, apud Eckhelium (Cat. I. p. 66.) eſt numus Byzantii, in quo legitur ΕΠΙ. ΙΣΑΓΡΙΚΟΥ. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. cum typo *Canis hirtis capillis latrantis*, et ſic legitur in numi ectypo ab ipſo Froelichio producto.

ALIA. In autonomo apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 42 fg. 9.) legitur ΑΝΘΗΣΑΜΕΝΟΥ. quod vocabulum legendum eſſe cenſet Seſtinius ΑΙΤΗΣΑΜΕΝΟΥ. id eſt *Poſtulantis*, cujus

cujus munus occurrit in aliis numis hujus Provinciae.

Khellii numus (Adp. II. p. 32.) inscriptus ΑΛΙΗΝΩΝ. loco ΣΑΛΗΝΩΝ. pertinet ad *Salam* Phrygiae.

Imperatorius Gordiani, in quo Harduinus (Op. Sel. p. 12.) vidit ΑΛΗΙΝΩΝ. l. ΑΛΙΗΝΩΝ. et *Alis* Ciliciae tributus, huc spectat.

ANCYRA. In autonomo luxato apud Combium (M. Hunt. Tb. 5. fg. 2.) legitur ΒΑΣΣΕΜ ΑΡΤΗΓΑΑΣ. sed mira epigraphe, quam explendam censemus pro ΒΑΣΣΙΛΑου ΑΙΤΗΣΑΜΕνου.

Numus apud eumdem Combium (ib. fg. 3.) cum ΑΝ. in monogrammate pro ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. est dubiae sedis.

In numo Antinoi male vidit Harduinus (Op. Sel. p. 74.) ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΙΟΥΛΙΕΩΝ. pro ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ.

Concordia cum Iulia Phrygiae, secundum aliquos, est potius solius Ancyrae, quae honoris causa *Iuliae* praenomen adfectasse videtur.

APAMEA. Autonomus, in quo Harduinus (Oper. Sel. p. 66.) legit ΑΠΑΜΕ. ΗΡΑΚΛΕ. pro *Apamea*, et *Heraclea* Syriae urbibus, est hujus Apameae, et posterius vocabulum magistratum notat. — Alius apud Odericium (Num. graec. p. 1.) cum ΑΝΤΑΝΔΡΙΩ... ΑΤΤΑΛ. pro *Antandro* Troadis, huc pertinet — Quem Torremuzza (Tb. 56. fg. 10.) vulgavit cum epigraphe corrupta ΜΑΜΕΡ. pro *Mamertinis* Siciliae, esse *Apameae* jam diximus.

Numus Vespasiani editus ex Patino a Vaillantio (Adp. Graec. Tb. 3. fg. 6.) cum epigraphe hinc. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΙ. ΚΑΙΣΑΡΙ. ΣΕΒΑΣΤΩ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΩ. ΝΕΙΚ. inde ΕΠΙ. ΠΛΑΝΚΙΟΥ. ΟΥΑΡΟΥ. ΚΟΙΝΟΝ. ΦΡΥΓΙΑΣ. ΑΠΑΜΕΙΣ. est pravae Lectionis, et sedis. Nam iste numus vel est *Nicomediae*, vel *Nicaeae* Bithyniae, vel epigraphe aversae male lecta loco ΕΠΙ. Μ. ΠΛΑΝΚΙΟΥ. ΟΥΑΡΟΥ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. et similis numus cum eodem typo *Leonis* vel Tigris *sedentis ante vas ansatum*, Nicomediae Bithyniae etiam ab ipso Vaillantio adscriptus fuit. De vera Lectione alterius numi Vespasiani cum eadem epigraphe dubitare jure possumus, an sit *Apameae*, vel Nicomediae.

In numo Commodi male vidit Holstenius (Not. ad Steph. sub Απαμεια.) ΙΕΡΑΣ. ΑΠΑΜΕΩΝ. ΠΑΡΑ. ΣΤΑΤΙ. ΝΙΚΙΑΝΟΡ. loco ΑΠΑΜΕΩΝ. ΠΑΡΑ. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥ. et perperam Vaillantius legit: ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥ. et pravam descriptionem praebet: *Leo praegrandis, pone quem templum in vertice, ante baculus, cui apex* — pro *Leo gradiens, ante thyrsus, desuper Cista mystica.* Melius vidit praefatus Holstenius, qui eumdem numum descripsit, ut nos vulgavimus.

In numo Severi, *Diluvii teste*, male lectum fuit a Falconerio (Diss. de numo Apamensi) ΕΠΙ. ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ. ΑΡΤΕ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ. ΑΠΑΜΕΩΝ. pro ΕΠΙ. ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ. ΑΡΤΕΜΑ. Γ. ΑΠΑΜΕΩΝ. ΝΩ.....

In numo Getae ex M. M. D. perperam a Vaillantio his verbis describitur — *Figura virilis nuda scopulis insidens, d. cornucopiae, s. rostrum,* — pro *Marsyas nudus scopulo insidens d. cornucopiae, s. binas tibias tenet, retro Dioscurorum pileus.*

ARTACEA. Numus Musellii (Tb. 4. fg. 9.) — *Caput muliebre velatum*)(ΜΗΤΡΟΠΟΛΕωΣ. ΑΡΤΑΚΑΙΩΝ. *Spica, in area* ΙΒ. Ω. *et monogramma*, sic proditus fuit, et interpretatus pro hac urbe a Corsinio, vel pro *Artace* Bithyniae a Froelichio (Not. Elem. p. 76.) vel pro *Artacoana* Arianae a Maffejo, apud quem est ΑΡΤΑΚΑΙΩΝ. vel pro *Artaclia* ignoti situs, vel prorsus pro patria incerta. Pro mala Lectione, quot urbes conditae! Is numus est similis aliis inscriptis ΜΗΤΡΟΠΟΛΕωΣ. ΑΝΤΙΟΧΕωΝ. et erit *Antiochiae* Syriae.

ATTAEA.

ATTAEA. Autonomi et Imperatorii inſcripti ATTAITΩN. pro noſtra *Attaea*, perperam a Vaillantio, et Begero urbi Laconiae, et a Spanhemio urbi Arabiae tributi fuere.

BRVZVS. Huc pertinet Imperatorius Maximini, et Maximi, inſcriptus BPOTZHNΩN. et quem Seguinus (Sel. Num. p. 169.) perperam Pruſae ad Olympum adſcribit, vel malo judicio R. P. Gabr. Coſſartii, ad BOPTZAN urbem, quam Stephanus in Ponto ſitam refert. Confer ejusdem Seguinii Addenda et Emendanda ad calcem praefati operis.

Pariter huic urbi reſtituendus alius numus cum capite Maximi, quem profert Holſtenius ad Steph p. 264. ex mus. Fr. Gotifredi cum ΠPOTΣHNΩN. pro Pruſa ut ſupra, loco BPOTZHNΩN, ut recte vidit Vaillantius, pro noſtra Bruzo.

CADI. Numus Domitiae, in quo Triſtanus (I. p. 352.) et Patinus (Impp. p. 169.) male legerunt KAΛOHNΩN. pro *Caloe*, eſt KAΔOHNΩN.

In imperatorio mutilo Commodi Froelichius (IV. Tent. p. 446.) vidit ANTΩN. ΠΣPITΩMONIΔ. ΦIΛOΠATOPA. . . . OΛO. . . . Eckhelius (Cat M. Caeſ. P. I. p. 197.) tantum. . . . KAΔOHNΩN. et ambo huic urbi hunc numum contribuerunt. Sed ab ipſo Eckhelio examinato denuo numo, legitur, . . . ΩNΠEPIΣ. ΦIΛOΠATOPA KOΛOCCHNΩN. ob id *Coloſſas* Phrygiae revocatus fuit.

Numi Caracallae apud Vaillantium in *Concordia* cum *Gordo* Lydiae ſunt nobis dubiae Lectionis: ΓOPΔHNΩN. IOTΛIEΩN. facile abiit in ΓOPΔHNΩN. KAΔOHNΩN.

In numis Gordiani, et Tranquillinae male Vaillantius legit ΓACOΠATOPOC. pro KΛEOΠATOPOC.

CIBYRA. Numus apud Arigonium inſcriptus KIΛTPATΩN pro quadam *Cilyra*, eſt KIBTPATΩN. Eumdem numum denuo Eckhelius vulgavit ex M. Savorgnan, nunc Gradenigo (Num. Vet. p. 246. Tb. 14. fg. 9.)

Numos inſcriptos: KAICAPEΩN. KIBTPATΩN, Vaillantius, et Haymius concordiam inter hanc *Cibyram*, et *Caeſaream* Bithyniae notare crediderunt, verum KAICAPEΩN aliud non eſt quam honoris vocabulum.

Numus Caracallae apud Haymium (Th. Br. II. Tb. 40. fg. 2.) eſt potius Elagabali. Similem cum eodem typo, et annis ςqP. vulgavit Seſtinius ex M. Couſineryano — Alius apud eumdem (ib. I. Tb. 26. fg 6.) in cujus adverſa. . . . ANTΩNINΩC. (ſic) KAICAP. Caput nudum juvenile, in)(KAICAPEΩN. KIBTPATΩN. in area Epochae veſtigia. *Bacchus ſtans* &c. eſt potius *Diadumeniani*. Confer *Seſt. Deſcr. Num. Vet.* ſub *Cibyra* Phrygiae.

Huic urbi pariter reſtituendus numus cum capite Diadumeniani, inſcriptus KIBTPATΩN. et non ATABTPAIΩN. ut perperam legerunt Vaillantius, et Harduinus pro *Atabyrio* Phoenices. Iconem praedicti numi cum KIBTPATΩN. vide apud Vaillantium (Num. Graec. p. 123.) ſed tamen erravit.

CIDYESSVS. Numi Philippi ſen. apud Vaillantium inſcripti KHBHCCEΩN. pro *Cebeſſo* Lyciae, ſunt KIΔTHCCEΩN. pro noſtra *Cidyeſſo*, et quos huc jam vocaverunt Belleyus B. L. T. XXXV. p. 656. et Eckhel. Num. Vet. p. 247.

COLOSSAE. Huc revocatus fuit ab Eckhelio Imperatorius Commodi, quem olim Froelichius (IV. Tent. p. 446.) et ipſe Eckhelius *Cadis* Phrygiae tribuerunt.

CONIVM. Huic Pellerinius (Rec. II. Tb. 45. fg. 48.) olim autonomum tribuit, quem tamen eſſe *Iconii* Lycaoniae ipſe agnovit ſerius.

DIOCAESAREA. Numus Commodi apud Vaillantium cum epigraphe ΔΙΟΚΑΙCΑΡΕΙΑC. et typo *Templi 4. columnarum, in quo Pallas stans*, est *Diocaesareae* Galilaeae.

Alius Commodi apud eumdem cum ΔΙΟΚΑΙCΑΡΕΩΝ. ΚΕΡΕΤΑΠΕΩΝ. pro Concordia inter hanc *Diocaesaream*, et *Ceretapen* Phrygiae, est unius *Ceretapes*, addito honorifico *Diocaesareae* nomine.

Alius Severi apud Pellerinium (Mel. II. p. 118. Tb. 28. fg. 8.) inscriptus ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΔΙΟΚΑΙCΑΡΕΩΝ. est potius *Diocaesareae* Ciliciae, si numus ita dicit: nam ΔΙΟΚΑΙCΑΡΕΩΝ. restitutum esse videtur pro ΠΡΟC. ΟΛΥΜΠΟΝ.

Nulla sedes huic urbi in Geographia Numismatica, et nullam potest obtinere, quia non constat, *Diocaesareae* nomine urbem in Phrygia exstitisse.

DIONYSOPOLIS. Numus Goltzii (in Graec. Tb. 28. fg. 3. p. 159.) cum hinc ΙΕΡΑ. ΒΟΥΛΗ. inde ΔΙΟΝΥCΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, quem Nonnius *Dionysopoli* Thraciae tribuit, si unquam exstitit, certe est hujus Phrygiae *Dionysopolis*.

Imperatorium cum capite *Domnae* huc vocat Harduinus (Oper. Sel. p. 50) qui eum sic describit: ΔΙΟΝΥCΟ. Κ. ΜΗΤΡΟΠ. ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΑΥΡΗ. ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ. ΤΩΝ. ΑΝΩ. secundum quam lectionem triplicem concordiam inter hos *Dionysopolitas*, *Metropolitas*, et *Cilbianos Superiores extorquet*: sed vera numi lectio sic habetur apud Vaillantium: ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΑΥΡΗ. ΔΙΟΝΥCΙΟΥ (*adde* Κ. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ.) ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ. ΤΩΝ. ΑΝΩ. et erit numus *Cilbianorum superiorum*.

DOCIMEUM. Numus M. Hunt. (Tb. 25. fg. 8.) inscriptus ΔΩΚΙ. pro Docimeo: (in alio simili legitur ΚΥΔΩ.) est *Cydoniae* Cretae.

EUCARPIA. Autonomus M. Hunt. (Tb. 51. fg. 7.) cum epigraphe luxata: CΜΥΡ. CΥΚΑΙΠΟ l. ΕΥΚΑΡΠΕΩΝ.)(ΕΠΙ. ΙΚΑ. pro Γ. ΚΛ. ΦΛΑΚΚΟΥ, quem Combius perperam *Smyrnae* tribuit, ad hanc *Eucarpiam* pertinet.

Alius ejusdem Musei (Tb. 27. fg. 13.) inscriptus ΕΥΚΑΡ... l. CΤΕΚΤΟΡΗΝΩΝ.)(ΕΠΙ. Κ..... ΡΗΝΩΝ. l. ΕΠΙ. ΦΑ. ΛΙΚΙΝΝΙΑΝΟΥ. et perperam ab eodem Combio nostrae *Eucarpiae* adjudicatus, Phrygiae *Stectorium* spectat.

EUMENIA. Autonomus, in quo Sestinius (Lett. T. IV. p. 125.) vidit ΕΥΜΕΝΕΩΝ. l. ΕΥΡωΜΕωΝ. pertinet ad *Euromum* Cariae, monente per Literas cl. Cousineryo.

In numo *Neronis* Haymius perperam legit ΙΟΥΛΙΟΣ. ΚΛΕΩΝ. ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ. ΑΣΙΑΣ. loco ΑΣΙΑΡχης. exemplo alterius numi similis a Sestinio ex M. Sanclemente vulgati. (Descr. Num. Vet. sub *Eumenia* Phrygiae.

Imperatorius dubius *Domitiani* ab Eckhelio proditus in Cat. M. Caes. I. p. 198. probabiliter est numus *Neronis*, ut supra.

Alius *Antonini Pii* cum ΕΥΜΕΝΕΩΝ. ΦΛΑΒΙΩΝ, quem recitant Harduinus (Oper. p. 57.) Holstenius (in Steph. p. 121.) Spanh. (Pr. p. 771.) est iniquae Lectionis, pro ΑΧΑΙΩΝ. si unquam exstitit.

HIERAPOLIS. Autonomus Haymii (Th. Br. II. Tb. 14. fg. 9. p. 135.) cum epigraphe vitiata ΙΕΡΑΤΩΝ..... pro hac *Hierapoli*, est potius cum CΤΡΑΤΟνικεων, pro Stratonicea Cariae.

In numo Arigonii, in quo legitur ΚΩΣΙΟΣ. apud Wackerum est ΖΕΥΣ ΒΩΣΙΟΣ — Idem numus est apud Musellium (Tb. 15. fg. 5.) cum epigraphe extrita.... ΒΩΣΙΟΣ. pro *Iove Sabasio*, in)(.... ΠΟΠΟΛ. pro *Philippopoli* Thraciae.

Numus Antinoi apud Vaillantium, et Harduinum (Oper. p. 71 — 764.) inscriptus ΙΕΡΑΠΟΛΙC. cum typo *Lunae cum astro*, conspirat cum alio simili scripto ΝΙΚΟΠΟΛΙC. pro *Nicopoli* Illyrici.

Imperatorius *Elagabali* apud Vaillantium: ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ, CΥΝΝΑΔΕΩΝ. pro Con-

Concordia *Hierapolitarum*, et *Synnadensium*, eſt tantum *Synnadenſium* Phrygiae, qui gaviſi ſunt titulo ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ.

HYRGALEA. Imperatorius *Alexandri Sev.* apud Gusſeme: ΥΡΓΑΛΕΩΝ.... eſt numus falſae lectionis, et probabiliter loco ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΓΟΡΔΗΝΩΝ.

IVLIA. Autonomus apud Pellerinium (Rec. III. Tb. 95. fg. 5.) cum *capite muliebri turrito*, in)(ΙΥΛ... ωΝ. et cum *Mercurio* vel *Neptuno*, eſt incertae ſedis, et Lectionis, loco ΙΟΥΛΙΕωΝ. pro noſtra *Iulia*, et non pro *Iulide* Ceae Inſulae urbe.

Concordia cum *Ancyra* Phrygiae ex numo ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ. a nonnullis ſtabilita, dubia videtur.

LAODICEA. Numi inſcripti ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ cum *Cornucopiae*, et *caduceo*, et *aſtro*, deſcripti ſub *Laodicea* Syriae, huc pertinent, et ſunt apud Peller. (Rec. II. Tb. 79. fg. 56.) apud Combium (M. Hunt. Tb. 32. fg. 2. et 3.) et apud alios, quos vide.

Autonomus apud Pellerinium (ib. Tb. 46. fg. 62.) cum ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. *Caput Menſis*)(ΚΡΟΛΙΝΗ. (Κ et Ρ colligatis) ΑΣ. (Legi poteſt ΜΗΝΗ. ΑΣΚΗΝΟΣ.) *Aquila ſtans*, eſt dubiae claſſis, et lectionis. Idem Pellerinius in ſuis Notis manuſcriptis dubitat de vera hujus numi lectione.

In autonomo, in quo Panelius legit ΑΙΑ. ΔΙΟΝΥCΙΟC, per *Aevum Bacchicum*, vel *Aeternitas Bacchi*, apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 46. fg. 61.) eſt ΑΙΑ. ΔΙΟΝΥCΙΟC. per *Aelius Dionyſius*.

In Imperatorio *Auguſti* Vaillantius legit ΠΟΛΕΜΩΝ. ΦΙΛΟΠΑΤΗΡ. Harduinus ΦΙΛΟΚΡΑΤΩΡ. ſed in alio ſimili apud Pellerinium, et Couſinerium legitur ΠΟΛΕΜΩΝ. ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ.

In alio apud eumdem Vaillantium eſt ΖΕΥΣ. ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ. loco Ξ ΕΥΞΙΣ. ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ.

In alio Neronis Vaillantius vidit ΕΥ. ΙΓ. ΖΗΝΩΝΟΣ. ΠΟΛΙ. ΤΟ. Δ. quae lectio ſuſpecta Pellerinio videtur, pro ΠΟΛΕΜΩΝΟC. ΤΟΥ. ΖΗΝΩΝΟC.

In alio *Neronis* apud Haymium: Epigraphe ΖΗΝΩΝΟΣ. ΖΗΝΩΝ. ΥΙΟΣ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΟΜΗΡΟΣ. ſenſum turbat. Legendum cenſemus: ΟΜΗΡΟΣ. ΖΗΝΩΝΟΣ. ΖΗΝΩΝ. ΥΙΟΣ. &c. Haymius in typo hujus numi vidit *duas mulieres ſtantes* &c. at in alio ſimili M. Cous. *Mulier turrita, et Iuppiter togatus ſtantes cum haſtis dextras jungunt.*

In numo *Caracallae* Vaillantius vidit ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΠΡ. CΥΡΙΑC. ΟΜΟΝΟΙΑ. quae epigraphe a recentiore manu depravata pro *Laodicea* Syriae, loco ΦΡΥΓΙΑ. ΚΑΡΙΑ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Τ̊. Π. Η. ſic habet Eckhelius, ſed in multis aliis numis Iuliae Domnae, et Caracallae eſt Τ̊. Π. Μ. vel ΠΤΜ. quae Literae epocham non denotant, ſed judicio aliorum dicunt ΠΡΟΣ. vel ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ.

MANTALVS. Imperatorius Hadriani, inſcriptus ΜΑΝΤΑΛΗΝΩΝ. loco CΑΛΗΝΩΝ. quem *Mantalo* Phrygiae Froelichius (IV. Tent. p. 183.) tribuit, ad *Salam* Phrygiae pertinet.

Alium M. Aurelii cum epigraphe ΜΑΝΤΑΛΗΝΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. et typo *Atys* edidit Vaillantius, ſed auctor ipſe de fide hujus numi dubitat. (Num. Graec. p. 219.)

METROPOLIS. Huc revocandi numi inſcripti tantum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. addito in nonnullis magiſtratus nomine, quos alii promiſcue contribuerunt *Metropoli* Ioniae, vel Lydiae — ſed inter quos dubii, vel male lecti ſunt ſequentes.

Imperatorii *Commodi* apud Vaillantium inſcripti ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. — *Domnae* apud Arigonium ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟC. (ſic) cum typo *Victoriae*, qui eſt *Nicopolis* Illyrici — *Gordiani Afr.* apud Wilde Tb. 19. fg. 115. qui confictus apparet, vel eſt tantum Gordiani Pii. Similem deſcripſit Vail-

Vaillantius ſub Gordiano Pio — Apud Patinum et Triſtanum numus Gord. Pii cum ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ. ΒΝΔ. — *Tranquillinae* apud Harduinum cum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ. ΕΤ. Γ. pro ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙϹ. ΕΤ. Γ. qui eſt *Caeſareae* Cappadociae — *Valeriani Iun.* apud Pellerinium (Mel. II. p. 230. Tb. 32. fg. 10.) cum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. loco ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. et qui eſt Valeriani ſen. et *Amphipolis* Macedoniae. Tandem autonomus, quem vidit Holſtenius (in not. ad Steph. pag. 208.) apud R. P. Iacobum Sirmondum cum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΙΕΡΑΣ. eſt equidem numus Tyri, in quibus legitur ΤΥΡ. in monogrammate, et ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΙΕΡΑΣ.

MOCOCLIA. Vaillantius et Harduinus Gordiani numum afferunt: ΜΟΚΟΚΛΙΕΩΝ. typo *Cybeles*. Eum tribuunt Phrygiae urbi, quam Stephanus vocat *Μοκκλη*. Pellerinius (Mel. II. p. 242.) notat vidiſſe hunc numum, ſed literam M. exeſam eſſe refert.

PELTAE. Numus Antonini Pii, quem *Perintho* Thraciae tribuit Gorius (Mus. Flor. Tom. T. Tb. XXII.) eſt *Peltarum*. Is denuo editus fuit, et reſtitutus ab Eckhelio (Num. Vet. p. 264. Tb. 14. fg. 15.)

PHILOMELIVM. Imperatorius *Domnae* apud Pellerinium (Mel. I. p. 345.) cum ΦΙΛΟΜΗΛΕΩΝ. ΑΔΡΙΑΝΩΝ. pro Concordia inter *Philomelium*, et *Hadrianos* Bithyniae vel pro nomine honorifico, eſt dubiae lectionis. In alio legitur ΕΠΙ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ. ΦΙΛΟΜΗΛΙΩΝ.

PRYMNESSVS. Numus *Neronis* cum epigraphe manca in adverſa, et ΕΠΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΜΙΘΡΙΔΑΤΟΥ. in averſa cum typo *Bilancis*, et quem alii perperam *Mithridati* Boſpori regi tribuerunt, huc revocatus fuit a Seſtinio *Deſcrip. Num. Vet.* p. 239.

SALA. Autonomus, in quo Khellius (Adp. II. p. 32. Tb. I. fg. 5.) legit ΕΠΙ. ΔΑΜΑ. Γ. ΑΛΗΝΩΝ. pro *Alia* Phrygiae, eſt ΕΠΙ. ΔΗΜΑ. ϹΑΛΗΝΩΝ. pro noſtra *Sala*.

Alius apud Goltzium (Inſ. Gr. Tb. 16. fg. 9.) cum ΔΗΜΟϹ. ϹΑΜΕΙΩΝ. pro *Samo* Inſula, eſt ΔΗΜΟϹ. ϹΑΛΗΝΩΝ. pro noſtra urbe. Similes alios vide apud Seſtinium Deſ. Num. Vet. ſub *Sala*. Perperam a coecutiente Guſſeme III. p. 399. deſcriptus fuit hic numus Goltzianus pro ΔΗΜΟΣ. ΕΛΛΗΝΩΝ. iſt eſt, *Populus Graecorum* — Alius M. Pembrock. (II. Tb. 27. fg. 5.) cum CA. in area, et in Ex-ergo dubia epigraphe ΛΗΕΙΝΩΝ. eſt dubius pro hac ſtatione. In Lexicis, et Catalogis numismaticis *Salieno* Thraciae tribuitur: ſed abſurde. Literae CA. ſunt majores, et quae ſequuntur in Ex-ergo ſunt minores, et male lectae — Typus Bovis, et epigraphe trunca CA. *Samo* Inſulae favent: Magiſtratus nomen erit ΛΗΕΙΝΩΝ. male excerptum.

Autonomus ΣΑ. apud Combium (M. Hunt. Tb. 46. fg. 15.) quem Seſtinius ad *Samum* Inſulam amandavit, eſt dubius pro hac ſede — Periſtaſes hujus numi ſtant pro quadam urbe Thraciae vel Macedoniae et Sanam potius Macedoniae ab Herodoto et Thucydide memoratam reſpicere cenſemus, cum alio numo argenteo, in quo ΣΑ. Gallus ſtans)(quadratum incuſum, et quem Seſtinius (Lett. T. III. p. 123. Nr. 21.) minus recte Samo Inſulae attribuit. Numus Ainslieanus ex Macadonia adlatus fuit.

Imperatorii ϹΑΛΙΤΩΝ. a Vaillantio vulgati, certe ſunt hujus *Salae*, et non *Elaeae* Aeolidis, ut Harduinus, et Pellerinius perperam ſanxerunt.

Numus *Hadriani*, in quo Froelichius (IV. Tent. p. 183.) legit ΜΑΝΤΑΛΗΝΩΝ, loco ϹΑΛΗΝΩΝ., huc pertinet.

SEBA-

SEBASTE. Numi praetensae huic Phrygiae *Sebaste* ab eruditis tributi, sunt *Sebastes* Galatiae.

SEBINDVS. Numus *Antonini Pii*, quem Harduinus adfert, aliorum tantum relatu cum epigraphe ΣΙΒΙΔΟΥΔΕΩΝ. et cum *Dei Luni effigie*, est certe ΣΙΛΛΥΕΩΝ. Nam duo numi similes vulgati fuerunt a Vaillantio *ex MM. Nointel, et Foucault.*

STECTORIVM. Numus Arigonii inscriptus ΚΑΡΡΗΝΩΝ. Ε. Τ. C. loco CΤΕΚΤΟΡΗΝΩΝ. et perperam *Carrhis* Mesopotamiae tributus, restituendus huic urbi — Alius (M. Hunt. Tb. 27. fg. 13.) cum epigraphe luxata pro *Eucarpia* Phrygiae, huc pertinet, ut in hac observatum fuit.

SYNNADA. Autonomus Liebii (Goth. Num. p. 330.) in quo hinc ΔΗΜΟC. ΡΩΜΑΙΩΝ.)(ΙΕΡΑ. CΥΝΚΛΗΤΟC. ΔΑΜ. Τ. pro *Damasco* Syriae, est falsae lectionis, et in quo legendum censemus CΥΝΝΑΔΩΝ. pro nostra *Synnada.*

Alius, in quo Pellerinius (Rec. II. Tb. 47. fg. 77.) vidit ΣΥΝΝΑΔ. ΜΗΤ pro titulo *Metropolis*, est ΣΥΝΝ. ΔΑΜΗΤ. vel similiter pro Magistratus nomine.

Pellerinius (Mel. II. p. 371.) in numo Neronis legit: ΦΙΛΟΚ. . . . CΥΝΝ. unde conjicit, urbem dictam *Philoclaudiam*, quod tamen ex inscriptione vitiata non tuto colligitur.

Vaillantius in imperatorio Elagabali: ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. CΥΝΝΑΔΕΩΝ. Concordiam cum *Hierapoli* Phrygiae, et his *Synnadis* indicari credidit, sed τὸ Ἱεράπολις est potius Epitheton *Synnadorum.*

TIBERIOPOLIS. Imperatorius *Trajani* apud Piovene (M. Farnes. X. Tb. 19. fg 6. et ex eo Gessn. Impp. Tb. 82. fg. 47.) cum epigraphe male lecta ΤΙΒΕΡΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΤ. ΑΤ. loco ΚΛΑΥΔ. ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ. ΕΤ. ΑΠ. est *Tiberiadis* Galilaeae.

TRAIANOPOLIS. Numus apud Sestinium cum ΔΗΜΟC.)(ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. pro *Trajanopoli* Thraciae, huc pertinet.

Imperatorius *Caracallae*: ΤΡΑΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. a Froelichio (IV. Tent. p. 279.) huic urbi adjudicatus, duce Tristano, et Holstenio, *Trajanopoli* Thraciae restituendus.

TRIMENOTHYRAE. Numum huic urbi tributum a Seguino, et Vaillantio, esse *Themenothyrarum* Lydiae, in his dictum.

GALATIA.

Numi Lollii, qui ex aliquorum sententia in Galatia cusi censentur, sunt in Cyrenaica signati.

ANCYRA. Autonomus inscriptus CΕΒΑCΤΗΝΩΝ. aliique Imperatorii cum eadem epigraphe, *Ancyrae* quae et *Sebaste*, a variis tributi, sunt potius *Sebastes* Galatiae.

In numo *Nervae*, in quo Harduinus (Oper. Sel. p. 745.) legit ΑΝ. ΔΙ. ΚΥΡ. Σ. pro inutili sensu: Ἀγκυρανοὶ Διὸς Κυρίου Σαράπιδος vera epigraphe est ΥΑ. Κ. ΑΡΣ. pro ΑΝΚΥΡΑΣ. ut in multis aliis.

Numum Antinoi inscriptum ΙΟΥΛ. CΑΤΟΡΝΙΝΟC. ΑΝΚΥΡΑΝΟΙC. pro *Ancyra* Phrygiae, perperam huc revocavit Harduinus (Oper. Sel. p. 17.) — Tristanus (p. 546.) eumdem numum corrupte vulgavit: ΙΟΥΛ. CΑΛΩΝΙ. ΑΝΚΥΡΑΝΟΙC, quem ad *Salonas* Bithyniae oppidum refert: et eum secutus Spanhem. p. 571. pertinere ad *Iulienses* et *Salonitas* putavit.

SEBASTE. Numi tam Autonomi, quam Imperatorii inscripti ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. quos Pellerinius, et alii *Ancyrae* Galatiae, vel *Sebastae* Phrygiae tribuerunt, huc pertinent, sententia Eckhelii.

Casti-

Castigandus alius numus apud auctorem M. Theupoli pag. 1293. inscriptus ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. ΙΕΚΟΣΑΤΩΝ. loco ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ.

TAVIVM. Restituendus huic urbi numus incertus cum capite *Caracallae*, in quo auctor M. Theupoli (p. 988.) legit CΕΤΡΟΤΑΟΥΑΝΩΝ. . . . . loco CΕ. ΤΡΟ. ΤΑΟΥΙΑΝΩΝ, id est, *Severianorum*, *Trocmorum*, *Tavianorum.*

REGES GALATIAE — Numus Florezii (T. II. p. 633. Tb. 51. fg. 6.) inscriptus VANTIK. et perperam *Anticariae* Baeticae tributus, est reguli Galatici, et forsan Caeantoli.

CAPPADOCIA.

Autonomum totius gentis, inscriptum ΚΑΠΠΑΔ. unus Goltzius dedit.

BAGEDAONIA. Numi inscripti ΒΑΓΗΔΑΟΝΙΩΝ. sunt Goltziani (Inf. Graec.)

CAESAREA. Autonomi apud Pellerinium et Sestinium, cum: ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. vel ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. editi pro Caesarea Bithyniae, sunt potius nostrae Cappadociae.

Numi Augusto tributi a Morellio (in Aug. Tb. 40. Nr. 5 et 7.) et a Patino (Impp. p. 56.) sunt potius autonomi hujus Caesareae.

Alius *Antonini Pii* (M. Theup. p. 888.) inscriptus hinc ΤΡΑ. Α. ΑΝ. pro *Trajanus*, *Hadrianus*, *Antoninus*, loco ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. inde ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. est *Trallium* Lydiae.

Alius *Domnae* apud Gusseme II. 32. cum CΜΥΡΝΑΙ. ΚΑΙCΑΡΕ. ΟΜΟΝΟΙΑ. ΕΤ. ΙΔ. est iniquae Lectionis et si unquam genuinus, vera lectio est ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙCΑΡΙ. ΚΟΙΝΟC. ΦΙΛΑΔΕΛΦΙΟC. ΕΤ. ΙΔ.

Alius *Gordiani*, in quo Auctor Catalogi Enneryani legit ΚΟΙ. ΠΟΝΤ. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCΑΡΙΑ. ΕΤ. ΡΟΗ. pro *Caesarea* Cappadociae, est *Neocaesareae* Ponti, cui geminum jam olim edidit Panelius (de num. Treboniani p. 18.)

Panelius numum *Gordiani* ex museo le Bret protulit, in quo legitur ΕΝΤΙΧ. inscriptum basi montis Argaei, quae lectio incerti explicatus est: probabiliter male lectum pro Β. Ν. ΕΤ. Δ.

CASTABALA. Huc revocati sunt imperatorii numi inscripti ΙΕΡΟΠ. ΚΑCΤΑΒΑΛΕΩΝ. quos viri eruditi *Castabalis* Ciliciae tribuerunt.

Corrigendus numus *Macrini*, in quo auctor M. Theupoli legit: ΤΑΒΑΛΕΩΝ. ΙΕΡΟΠ. ΚΑC. pro *Tabala* Lydiae, cujus vera lectio ΚΑCΤΑΒΑΛΕΩΝ. ΙΕΡΟΠ.

CLAVDIAS. Huic urbi adscripsit Combius (M. Hunt. Tb. 18. fg. 5.) numum cum epigraphe vitiata: ΚΛΑΥΔΙΕωΝ. . . . ΕωΝ. sed quem restituit Eckhelius *Iconio* Lycaoniae.

DIOCAESAREA. Tributum huic a Vaillantio *Antonini* numum esse *Diocaesareae* Sepphoris Galilaeae, in hac dicetur.

TYANA. Autonomus apud Arigonium cum ΤΥΑΝ. huc non pertinet: sed quem esse *Phoceae* Ioniae, jam observatum. Typus aversae non est *Pegasus dimidius*, sed *Gryphus dimidius*, ut in numis certis ejusdem Phoceae. ΤΥΑΝ. vel similiter, est magistratus nomen.

ARMENIA.

ARSAMOSATA. Imperatorius *M. Aurelii* cum credita epigraphe: ΑΡΜΟCΑΙΤΤΗΝΩΝ. pro *Armosata* et non *Arsamosata*, est *Saettenorum* Lydiae, cujus veram Lectionem ΕΡΜΟC. CΑΙΤΤΗΝΩΝ. sic restituit Barthelemyus B. L. T. XXI. mem. p. 416.

ARXATA. Huic urbi Pellerinius conjicit tribui posse autonomum argenteum *Caput Palladis*)(*Pallas sedens*; at ex epigraphe solae

ſolae literae ΑΡΞ. rite diſcernuntur. Verum auctor ipſe in notis Mss. inter incertos peregrinis literis inſcriptos numum hunc ſepoſuit.

DARANISSA. Perperam Suintonus Anglus huc vocavit numum cum praetenſa epigraphe ΔΑΡΔΑΝΟϹϹΗΝΩΝ, qui eſt *Ilii* Troadis, ut in hujus numis dictum.

SYRIA.

SYRIA IN GENERE.

Autonomi, quos Froelichius (Not. Elem. p. 14.) citat inſcriptos ΚΟΙΝΟΝ. ΣΥΡΙΑΣ. vel ΣΥΡΙΩΝ typo *Palmae* arboris, verius *Tripolin* Phoenices pertinent, legendumque et in his videtur ΘΕΩΝ. ΚΑΒΙΡΩΝ. ΣΥΡΙΩΝ.

Imperatorius *M. Aurelii*, in quo Vaillantius legit. Κ. Α. ϹΥΡΙΩΝ. loco ΚΑΒΙΡΩΝ. ϹΥΡΙΩΝ. eſt pariter *Tripolis* Phoenices.

COMMAGENE.

GERMANICIA CAESAREA. Imperatorius Domnae apud Vaillantium cum praetenſa epigraphe ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΗϹ. et typo *Veneris* cum *Cupidine*, eſt unus idemque numus, quem ipſe auctor deſcribit cum ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΕΩϹ. ΕϹΤΙΑϹ. ΘΕΩΝ. ad quam *Germanicopolin* Paphlagoniae pertinet. Eumdem numum vulgavit Holſt. Not. ad Steph. p. 84. cum addito ΘΕΩΝ. ſed is et perperam: pariter et Havercampus Tb. XXVI. cum eadem erronea lectione produxit.

SAMISVS. Autonomus obvius *Amiſi* (M. Pemb. II. Tb. 26. fg. 6.) in quo legitur Σ. ΑΜΙΣΟΥ. heic ex conjectura recenſetur a Wackerio (conſp. Geogr. Num. p. 27.) ſed quam abſurde haec urbs ſine coemento aedificata fuit!

SAMOSATA. Imperatorius Hadriani cum typo *caducei alati*, et cum epigraphe: ϹΑΙΤ. Λ. ΙΑ. loco ϹΑ. ΕΤ. ΝΗ. perperam Nomo *Saiti* Aegypti a Vaillantio tributus, huc pertinet — Alius ſimilis apud eumdem Vaillantium cum ϹΑΕΤΩΝ. pro Saettenis Lydiae, eſt ϹΑ. ΕΤ. ΝΘ. pro noſtra Samoſata.

CYRRHESTICA.

HIEROPOLIS. Holſtenius (in notis ad Steph. p. 143.) male laudat numum ex mus. Fr. Gotifredi, inſcriptum ΕΥΦΡ. ΙΕΡΑΣ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. *intra lauream*, et in)(*Caput muliebre turritum*, pro Hieropoli ad Euphraten: ſed tales numi dicunt ΤΥΡ. ΙΕΡΑΣ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. pro *Tyro* Phoeniciae.

CHALCIDENE.

CHALCIS. Autonomus apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 80. fg. 76.) inſcriptus ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ. eſt *Chalcidis* Euboeae.

Numi *Auguſti*, *Neronis*, et nonnullorum aliorum, quos Eckhelius mavult eſſe *Euboeae*, ſunt potius Chalcidenes.

PALMYRENE.

AMPHIPOLIS. Numi inſcripti ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. ſunt omnes *Amphipolis* Macedoniae, et non Palmyrenes, cui nullus honos in Geographia Numismatica.

SELEVCIS ET PIERIA.

APAMEA. Numus regius cum capite Alexandri I. Syriae regis, in cujus averſa Vaillantius legit: ΑΠΑΜΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΤΩ. ΑΞΙΩ. eſt potius Antiochi III. Alius ſimilis eſt in M. Ainsl. cum ΑΠΑΜΕΩΝ. ΤΩΝ. ΠΡΟΣ. ΤΩ. ΑΞΙΩ. ΔΡ. (104.) quae epocha non convenit cum Alexandri I. annis.

Autonomus apud Combium (M. Hunt. Tb. 5. fg. 21.) eſt imperatorius cum capite Auguſti laureato.

BALANEA. Imperatorius Augusti apud Vaillantium et Morellium, est M. Antonii. Vaillantius in suo vidit Bacchum in quadrigis, sed est M. Antonius in quadrigis, et Panelius in simili perperam legit ΘΑΛΑΝΕΩΝ. loco ΒΑΛΑΝΕΩΝ.

EMISA. Perperam a Vaillantio (Col. II. p. 110.) huc refertur numus Alexandri Sev. inscriptus ΕΜΙ. ΚΟ. ΜΗ. ΜΕϹϹΟΠ. qua falsa lectione inductus ipse, aliique Emisam, licet in Syria positam, Mesopotamiae metropolin fecere. Mirum hoc judicium impugnavit Pellerinius (Rec. II. p. XV.) cumque ex suo numo doceret, legendum ΚΑΡ., non ΕΜΙ., numus restituendus est *Carrhis*.

GABALA. In numo Trajani, quem prodiderunt Froelichius (IV. Tent. p. 176.) et Eckhelius (Cat. Mus. Vind. I. p. 230.) cum ΙΙΙΦ..... ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΓΜΡ. lege ΓΑΒΑΛΕΩΝ. ΓΜΡ. et ΗΚΡ. pro annis duarum Epocharum.

HERACLEA. Huic Syriae urbi perperam Harduinus tribuit numum ΑΠΑΜΕ. ΗΡΑΚΛΕ, putatque notari concordiam inter hanc et *Apameam* Syriae: at numum hunc esse *Apameae* Phrygiae, in hac diximus.

LAODICEA. Autonomus apud Pellerinium (Rec. II. Tb. 79. fg. 56.) cum ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. et typo *Cornucopiae et caducei*, est *Laodiceae* Phrygiae — Alii fere similes apud Combium (M. Hunt. Tb. 32. fg. 2. et 3.) sunt pariter *Laodiceae* Phrygiae —

Imperatorius *Caracallae* apud Vaillantium cum epigraphe a recentiore manu depravata in ΙΟΥΛΙΕΩΝ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΠΡ. ϹΥΡΙΑϹ. ΟΜΟΝΟΙΑ. est *Laodiceae* Phrygiae. Vera lectio, vel scriptura stat pro ΦΡΥΓΙΑ. ΚΑΡΙΑ. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. &c.

LARISSA. Autonomi inscripti: ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. perperam a variis viris eruditis *Larissae* Thessaliae tributi, jure huc vocati fuere ab Eckhelio.

PALTOS. In numo Caracallae, et non Elagabali, quem Maffejus (Ant. Gall. p. 116.) edidit ex mus. Cary, inscriptum ΠΑΛΤΗΝΩΝ. ΓΑΜΑ. ΗΝΤ. *Mulieris protome tutulata*, *mensa desuper*, sive *ara*, repone ΔΟΜΝΑΝ. ΑΥΓ. ΠΑΛΤΗΝΩΝ. *Caput Domnae tutulatum Cippo impositum* — Froelichius (Not. Elem. p. 105.) male hanc falsam lectionem explicavit ΓΑ. ΜΑ. pro *Gabala*, et *Maratho*, quibus Paltos vicina erat.

RHOSVS. Huc pertinet numus Autonomus, in quo Combius (M. Hunt. Tb. 25. fg. 11) legit ΔΩΣΕΩΝ. pro *Dosa* Assyriae, loco ΡΩΣΕΩΝ — Pariter huic urbi restituendus alius numus apud eumdem Combium (ib. Tb. 56. fg. 23.) cum epigraphe vitiata ... ΣΕΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ. et quem ipse Tarso Ciliciae dedit; et in quo legendum videtur ΡΩΣΕΩΝ. &c. Pellerinius (Rec. II. Tb. 82. fg. 35.) extorrem fecit alium numum mutilum .... ΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. et *Tripoli* Phoeniciae donum dedit, sed quem esse hujus *Rhosi*, ex ipsa inscriptione patet.

SELEVCIA. Imperatorius argenteus cum capite Augusti a Gesnero editus ex M. Farnese &c. est falsae lectionis. Alius similis ex M. Ainsl. vulgatus fuit a Sestinio (Des. Num. Vet. sub *Seleucia.*) in quo legitur: ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Caput Tiberii laureatum*)(ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *Mensa, supra quam Fulmen*, intra *mensam* ΑΑΡ. *in area* ΔΝ. *omnia intra lauream*. Erit uterque Imperatorius Tiberii, et non Augusti, cum annis Epochae Autonomiae, et Actiacae.

Alius similis, sed aeneus II. Formae proditus fuit a Morell. Thes. Impp. I. in Aug. Tb. 40. fg. 23. p. 404. in quo Ꮮ. ΔΡ.

ΔΡ. H. H. per aream, loco AΛΡ. ΔΝ. nec non ab Harduino (Op. Sel. p. 158) cum ΙΔΡ.) a Spanh. P. I. p. 789. et a Vaill. Graec. p. 5. cum ΙΔΡ. ſed omnes erronee produxerunt, et perperam Auguſto contribuerunt, confuſis dudum epochis, Autonomiae, et Actiacae in his Tiberii numis ſignatis.

Imperatorius Macrini: CΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΑΥ. Κ. Α. quem dedit Pellerinius (Lett. I. Tb. 1. fg. 6.) huic Seleuciae, eſt Seleuciae ad Calycadnum. In alio ſimili apud Seſtinium (Lett. T. V. p. LXIII.) legitur CΕΛΕΥΚΕΩΝ. Τ... ΠΡΟC. ΤΩ. ΚΑΛΥΚ.

COELESYRIA.

ADRAMA. Vide *Adraa* Arabiae.

CAPITOLIAS. Perperam Harduinus numos omnes *Capitoliadis* nomine inſcriptos Coloniae *Aeliae Capitolinae* tribuendos docet.

DAMASCVS. Autonomus argenteus inſcriptus ΔΑΜΑΣΤΙΩΝ. et non ΔΑΜΑΣΚΗΝΩΝ. ut male vidit Froelichius (Cim. Vind. I. Tb. 8. fg. 3. p. XXXIII.) jam *Damaſtio* Epiri reſtitutus fuit a Com. Chriſtiani. Adpend. Tb. 1. fg. 4. p. 28.

Alius apud Liebium (Goth. Num. p. 330.) ΔΗΜΟC. ΡΩΜΑΙΩΝ.)(ΙΕΡΑ. CΥΝΚΛΗΤΟC. ΔΑ. ΜΥ.... pro ΔΑΜΑCΚΗΝΩΝ. 440. eſt dubiae lectionis et ſedis. Reſtituendus hic numus *Synnadae* Phrygiae, cui melius convenit.

Imperatorius *Neronis* cum ΕΠΙ. ΤΙ. ΔΑΜΑ. *ſub Tiberio Damaſcenorum*, quem Triſtan. I. p. 230. Patinus in Ind. p. 7. et Harduinus p. 48. vulgaverunt, eſt *Mileti* Ioniae, ut jam diximus.

Nonnulli imperatorii Coloniae nomine male lecti: COL. AM. S. METRO. pro *Amiſo:* vel COL. AMAS. pro *Amaſtri*, ſunt Coloniae *Damaſci*, in quibus legendum COL. ΔAMAS.

HELIOPOLIS. Imperatorius graecus (*adde* cum capite Caracallae) quem profert Holſtenius ad Steph. in Heliop. ex Gotifredo, cum ΗΛΙΟΠΟ. ΠΡΟC. ΛΙΒΑΝΟΝ. eſt ſequentis Laodiceae. Idem numus nunc exſtat in Mus. Vaticano, et in quo legitur:.... Μ. ΑΥΡ. CΕΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝ. Caput Caracallae laureatum)(ΜΗΝ. ΛΑΟΔ.... ΠΡΟC. ΛΙΒΑΝΩ. Menſis ſtans cum pileo Phrygio d. equum capiſtro retinet. Æ. 2.

LAODICEA AD LIBANVM. Imperatorius *Antonini Pii* apud Patinum (Impp. p. 228.) cum epigraphe ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. ΕΝ. ΤΩ. ΛΙΒΑΝΩ. loco ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. ΕΝ. ΤΩ. ΛΙΒΑΝΩ. huc pertinet. Perperam Harduinus (Oper. Sel. p. 72.) et Schlaeg. in de numo plumbeo Hadriani Diſſ. p. 161. ſuſpicantur ΗΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. loco ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ. potius eſſe legendum.

LEVCAS. Numus Hadriani a Pellerinio editus (Suppl. I. p. 36. Tb. 2. fg. 5.) eſt imperatorius *Claudii* cum capite *Agrippinae* in averſa. Conf. Seſtin. Deſcrip. Num. Vet. ſub *Leucade.*

TRACHONITIS, ITVRAEA.

CAESAREA PANIAS. Aenei omnis formae, etiam max. mod. cum capite Auguſti, in)(C. A. intra lauream, olim a viris eruditis *Caeſarauguſtae* Tarraconenſis tributi, ſunt hujus Caeſareae.

In numo regio Herodis Chalcidis regis, quem protulit Holſtenius ad *Steph.* p. 154. ex muſ. Barberiniano cum hinc ΒΑCΙΛΕΥC. ΗΡΩΔΗC. illinc ΚΛΑΥΔΙΑ. ΚΑΙCΑΡΙΑ. intra coronam, pro noſtra *Caeſarea*, eſt ſcriptum ΚΛΑΥΔΙΩ. ΚΑΙCΑΡΙ. et eſt idem nomen Claudii Caeſaris, dedicandi formula —. Harduinus (in numis Herod.) legit, ut Holſtenius non pro Caeſarea, ſed pro Ludis, quod eſt inveriſimile.

Imperatorius Antonini Pii, quem laudat Holſtenius ad Steph. p. 154. ex gazis

 Mediceis

Mediceis, cum ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ. Π. ΠΑΤΙ. ſcripto circum *Montem, cui inſiſtit figura nuda haſtata*, eſt *Caeſareae* Cappadociae, et in quo legendum Τ. Π. ΑΡΓΑΙΩ. loco Π. ΠΑΤΙ.

Alius Getae, quem pariter citat Holſtenius ibid. ex mus. Caſſieni a Puteo, in quo circum *Herculem cum hydra pugnantem*: ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. ϹΕΒΑϹΤΗϹ. ΜΗΤΡΟΠ. ΤΗϹ. ΙΕΡΑϹ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. pro *Caeſarea* Cappadociae, huic Caeſareae reſtituendus cum vera lectione, ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. ϹΕΒ. ΙΕΡ. ΚΑΙ. ΑϹΥ. ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ. et cum typo *Viri nudi ſtantis, d. pateram, ſ. haſtam tenentis*, pro pedibus *ſerpens caput criſtatum erigens*.

NERONIAS. In numo regio Agrippae II. cum *capite Neronis*, inſcripto ΕΠΙ. ΒΑΣΙΛΕ. ΑΓΡΙΠΠΑ. ΝΕΡΩΝΙΕ. *intra lauream*, Froelichius (Regg. Vet. Num. p. 106.) vidit ludos *Νερώνεια*, Vaillantius legit ΝΕΡΩΝΙ. Γ. pro *anno tertio Neronis*, ſed Pellerinius, qui numum reſtituit, huic eum *Neroniadi* jure tribuit.

GABA. In autonomo ΓΑΒΗΝΩΝ. quem Harduinus huc adegit, legendum eſt ΤΑΒΗΝΩΝ, eſtque is *Tabarum* Decapoleos.

In imperatoriis epigraphe ΚΛ. ΦΙ. vel: ΚΛΑΥ. ΦΙ. vel: ΚΛΑΥΔΙ. ΦΙΛ. ſtat non pro ΚΛΑΥΔΙΟΦΙΛωΝ. vel: ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΦΙΛωΝ. ut placuit nonnullis eruditis, ſed pro ΚΛΑΥΔΙΕωΝ. ΦΙΛΙΠΠΕωΝ. ut conſtat ex numo Domitiae ſcripto: ΚΛΑΥΔΙ. ΦΙΛΙΠ.

DECAPOLIS.

CANATHA. Imperatorius *Auguſti*, in quo Vaillantius legit: ΡΑΜΑΘΗΝΩΝ. ΒΙΡ. pro *Ramatha* Palaeſtinae, eſt numus Claudii, in quo legitur: ΚΑΝΑΘΗΝΩΝ. ΒΙΡ. Similem numum jam vulgavit Goltzius cum ΒΙΡΡΑΝΑΘΗΝΩΝ. et pariter cum capite Auguſti, et more ſolito adſtituit ΤΟΥ. ΔΕΙΟΥ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ.

GADARA. In numo *Veri* Vaillantius, et Auctor M. Theup. perperam legerunt .... ΙΔΑϹ. vel: ΚΟΥΙΔΑϹ. loco Ι. Α. Α. Γ. Κ. ϹΥ pro ΙΕΡΑϹ. ΑϹΥΛΟΥ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΚΟΙΛΗϹ. ϹΥΡΙΑϹ.

GERASA. Imperatorius *L. Veri*, quem vulgavit Eckhelius ex Muſeo M. Ducis (Num. Vet. p. 277.) eſt numus *Hadriani*, ut olim vidit Holſtenius in *Not. ad Steph.* p. 83.

PHOENICE.

Imperatorii *Neronis*, et *Trajani* a variis vulgati fuere cum epigraphe: ΦΟΙΝΕΙΚΑΙΩΝ. vel: ΦΟΙΝΕΙΚΕΩΝ. vel: ΦΟΙΝΕΙΚΑΙΕΩΝ. ſed quos eſſe *Phoenices* Epiri, jam dictum fuit.

ARCA. Autonomum *Arcae* nomine exhibuit Haymius, ſed quem eſſe *Acrarum* Siciliae, in his diximus.

Imperatorium *Tiberii* ΑΡΚΑΙΩΝ. ſe vidiſſe Romae in Collectione Ligorii teſtatur Spanhemius (Caeſ. Iuliani p. 48.) ſed nemini alteri hactenus conſpectum.

ATABYRIVM. Imperatorius *Diadumeniani* cum ΑΤΑΒΥΡΑΙΩΝ. loco ΚΙΒΥΡΑΤΩΝ. quem laudant Vaillantius, et Harduinus, eſt *Cibyrae* Phrygiae: et ſimilis illi, cujus iconiſmus a Vaillantio numis *Diadumeniani* praefigitur.

BERYTVS. Aureus anepigraphus proditus a Pellerinio (Rec. II. Tb. 81. fg. 1.) eſt dubius pro hac ſtatione. Similes numi, quos Eruditi Galli *Boutons* appellant, paſſim reperiuntur per Dardanicas regiones.

Regius cum capite *Antiochi* IV. quem Pellerinius (Rois p. 78. Tb. 9. fg. 8.) et Barthelemyus *Laodiceae* ſignatum putant, Eckhelio videtur eſſe hujus *Beryti*.

Autonomus Coloniae nomine cum tantum C. B. *intra lauream*, quem Pellerinius (Rec. III. Tb. 116. fg. 9.) inter incertos poſuit, a Neumanno jure Coloniae *Beryto* reſtitutus fuit.

CAESAREA

CAESAREA AD LIBANVM. Imperatorius *Titi* cum praetensa epigraphe: TITO. FLAVIO. VESPASIANO.)(COL. CAESARIA. LIB. ΦΛΑ. est numus Elagabali, et pertinet ad hanc *Caesaream*, et non ad *Caesaream* Palaestinae, cui tribuerunt Spanhemius, Vaillantius aliique, et male epigraphen aversae explicuere: *Colonia Caesarea Libera Flavia*, loco COLOnia CAESAREA LIBani *Anno* 531 — Numus *Caracallae* apud Vaillantium cum eadem epigraphe, est pariter *Elagabali*, et nostrae *Caesareae*.

DEMETRIAS. Huic urbi memoratae tantum a D'Anvillio restituendos censemus numos illos inscriptos ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. et quos *Demetriadi* Thessaliae omnes viri Eruditi tribuerunt.

ORTHOSIA. Imperatorius *Augusti*, quem huic urbi Vaillantius largitur, est *Orthosiae* Cariae: pariter et *Vespasiani* ex M. Arigonii, et M. Theup. cum typo quadrigae, et *Trajani* inscriptus CΥΝΚΛΗΤΟC. in adversa, ex M. Farnes. a Gesnero proditus — *Hadriani* ab Harduino citatus cum typo *Imperatoris decurrentis cum spiculo*, est dubiae lectionis et classis — Hic numus non exstat apud Vaillantium, et quos similes ipse recitat, esse inscriptos jam ΑΛΗCΕΙΤΩΝ. jam ΟΔΗCCΕΙΤΩΝ. et omnes falsae lectionis esse conjicere possumus.

Alii imperatorii inscripti ΟΡΘΩCΙΕΩΝ. sine mentione epochae, et cum typo Dioscurorum, huic *Orthosiae* tributi sola typi ratione, sunt potius *Orthosiae* Cariae. Conf. *Sest. Descrip. Num. Vet.* sub *Orthosia*.

SIDON. Imperatorius Macrini editus in M. Arigonii. II. Impp. Gr. Tb. 26. fg. 367. cum epigraphe luxata .... ΣΙΔΟΝΙΩΝ. est falsae lectionis pro hac sede — Alius Elagabali apud Vaill. Gr. p. 288. cum praetensa epigraphe CΙΔΩΝΟC. ΝΑΥΑΡΧΙΔΟC. ΒΛΦ. l. ΤΡΙΠΟΛΙ. ΝΑΥΑΡΧΙ. ΑΛΦ. est proximae Tripolis.

TRIPOLIS. Autonomus, quem vulgavit Pellerinius (Rec. II. Tb. 82. fg. 35.) cum .... ΩΝ.ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. est *Rhosi* Syriae, ut in hujus urbis numis diximus.

Alius apud eumdem (ib. fg. 34.) inscriptus ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. loco ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. est *Amphipolis* Macedoniae. In M. Cous. sunt multi numi similes ex omni forma.

Alii autonomi in M. Hunt. et in M. Arigon. descripti sub hac *Tripoli*, dubii esse possunt, et verisimilius ad Cariae *Tripolin* pertinent.

Imperatorius *Elagabali*, quem vulgavit Vaillantius cum epigraphe ΤΥΡ. ΙΕΡ. ΑC. ΝΑΥΑΡΧΙ. ΑΛΦ. pro *Tyro*, est nostrae *Tripolis*, cujus veram epigraphen restituit Pellerinius: ΤΡΙΠΟΛΙ. ΝΑΥΑΡΧΙ. ΒΛΦ.

TYRVS. Autonomus, in quo perperam legit Combius (M. Hunt. Tb. 61. fg. 14.) ΤΥΡΟΥ. ΙΕΡΑΣ. ΙΠΡ.)(ΑCΚΛΕΠΕΙΑ. *intra lauream*, est *Epidauri*.

In numo cum epigraphe ΚΟΙΝΟΥ. ΤΗC. ΦΟΙΝΙΚΗC. ΑΚΤ. Spanhemius a Morellio deceptus (Ep. I. p. 83.) pro ΑΚΤ. legit ΑΚΤΙ. et quod sequitur, Ludos *Actia* indicari putavit.

GALILAEA.

IVLIAS. Numos fabricae Iudaicae, in quorum aversa ΙΟΥΛΙΑ. *intra coronam*, Pellenius (Rec. II. Tb. 85. fg. 18.) aliique conjecere ad hanc *Iuliadem* pertinere. At in similibus aliis legitur ΙΟΥΛΙΑ. CΕ. quae inscriptio docet, numos hos *Iuliae Augustae*, quae et Livia, tribuendos.

PTOLEMAIS, olim ACE. Autonomus huic urbi tributus a Khellio (ad Haym. Th. Br. II. p. 102.) cum praetensa epigraphe ΑΚΑΙΩΝ. loco Α℞ΑΙΩΝ. est *Acrarum* Siciliae.

 Alius

Alius M. Pembr. (II. Th. 25. fg. 1.) inscriptus ΠΤΟΛΕΜΑΙΕΩΝ. cum typo *Diotae, juxta quam avis*, est dubiae classis. Tribuendus fors *Ptolemaidi* Pamphyliae, de qua Strabo.

SEPPHORIS, serius Diocaesarea.

Nomine *Sepphoris* Imperatorii.

Quem Vaillantius, eiusque sequaces cum capite Domitiani, citant, esse Trajani vidit Pellerinius. (Mel. II. p. 48.)

Nomine *Diocaesareae* Imperatorii.

Antonini Pii: ΔΙΟΚΑΙCΑΡΕΙΑC. ΑΥΤΟΝ. quem Vaillantius *Diocaesareae* Cappadociae tribuit, jure huc revocatus fuit a Pellerinio (Mel. II. p. 83. et 260.) — Commodi: ΔΙΟΚΑΙCΑΡΕΙΑC. typo *templi 4. col.* in *quo Pallas stans*, et quem Vaillantius *Diocaesareae* Phrygiae largitur, huc pertinet.

TIBERIAS. Imperatorius *Ant. Pii*, quem Vaillantius ex museo regio recitat inscriptum ΜΗΝ. ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ. . . et typo *Dei Mensis*, est dubiae lectionis pro hac sede. Alii ΤΙΒΕΡΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. legendum esse suspicantur, pro *Tiberiopoli* Phrygiae.

SAMARITIS.

CAESAREA. De numis *Neronis* inscriptis ΝΕΡΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΚΑΙΣΑΡ. Caput laureatum)(ΚΑΙΣΑΡΙΑ. Η. ΠΡΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ΛΙΜΕΝΙ. acriter disputatum inter Norisium, Vaillantium, et Harduinum, sed omnes nituntur falsa horum numorum lectione, quam Belleyus feliciter restituit, ut supra.

Sunt complures numi, quos auctores varii huc vocavere, sed perperam, et primum numos *Augusti* cum nomine Veidii, et Pollionis separatim, et non conjunctim, ut praetendit Eckhelius, quos Vaillantius tribuit huic *Caesareae*, sententia Eckhelii esse *Caesareae* Bithyniae, ex mente Sestinii *Trallium* Lydiae, censetur.

Lucii Caes. numi a Vaillantio, et Pellerinio huic *Caesareae* tributi, *Caesareae* Bithyniae ab Eckhelio, *Trallibus* a Sestinio restituti fuere.

Messalinae et *Britannici* numus a Vaillantio citatus, est *Trallium* sententia Sestinii, *Caesareae* Bithyniae judicio Eckhelii.

Claudii et *Neronis* numi, in quibus anni imperii notantur, sunt *Caesareae* Cappadociae ex mente Eckhelii, sed referendi potius ad *Caesaream* Ciliciae, quae et *Anazarbus*. In numis Caesareae Cappadociae constanter scribitur ΕΤ. et non ΕΤΟΥC. sed *Caesareae* Ciliciae favent typi horum numorum, qui sunt et *caput muliebre turritum*, et *mulier turrita rupi insidens &c.* — Alius *Neronis*, quem vulgavit Vaillantius ex Museo *M. Ducis* cum ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. ΕΤΟΥΣ. Β. jam *Anazarbo* restitutus fuit ab Eckhelio (Num. Vet. p. 226.) qui denuo eumdem numum edidit cum ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. ΕΤΟΥC. ΗΜ. sed de numo Vaillantii nil dixit.

Neronis alterum apud eumdem Vaillantium cum ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. et typo *equi gradientis* esse *Cymes* Aeolidis, in hac comprobavit Eckhelius.

In aliis *ejusdem*, typi: *Fasciculus 4. aristarum*, vel *Pallas telum vibrans* praesenti *Caesareae* non favent, etsi non adversentur. Sunt hi potius *Caesareae* Bithyniae, judicio Eckhelii, sed sententia Sestinii *Trallibus* adscribuntur.

Regium, in cujus antica est *caput Caligulae*, in aversa: ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ. ΑΣΥΛΟΥ. ΑΓΡΙΠΠΑ. ΒΑΣΙΛΕΥ., Vaillantius in hac *Caesarea* cusum sanxit. At Eckhelius probavit in numis *Agrippae I.* eum esse signatum *Caesareae* Paniados.

Nomine Coloniae numum *Antonini Pii* Pellerinius propter epigraphen C. A. C. quam legit *Colonia Augusta Caesarea*, eidem nostrae *Caesareae* largitur. Eodem modo

modo inſcriptos *Antonini* numos binos dedit Vaillantius, ſed legit *Colonia Aelia Capitolina*, cui reſtituendus quoque numus Pellerinianus.

Numos inſcriptos COL. CAESAREA. LIB. ΦΛΑ. huic *Caeſareae* a variis viris ſummis tributos, quos inter eſt unus cum praetenſo *Titi capite*, eſſe *Caeſarcae* Phoeniciae ad Libanum, in hac dictum.

NEAPOLIS. Autonomi, neglecto Muſſelliano cum Anno AC., non exſtant.

In numo *Treboniani* perperam legit Panelius ΕΠΙ. C. ΜΙΛΟΥ. ΝΕΩΚΟΡΟΥ. loco ΕΠΙCΗΜΟΥ. ΝΕΩΚΟΡΟΥ. (Mem. Trev. Octob. 173.)

RAMATHA. Numus *Auguſti* cum ΡΑΜΑΘΗΝΩΝ. ΒΙΡ. pro ΚΑΝΑΤΗΝΩΝ. ΒΙΡ. eſt *Claudii*, et *Canathae* Decapoleos.

SCYTHOPOLIS. Imperatorius *Gordiani*, in quo Vaillantius legit ΝΥCC. ΚΤΘΟ. ΙΕΡΑC. pro ΝΥC. CΚΥΘΟ. ΙΕΡ. AC. et perperam *Nyſae* Cariae tributus, pertinet ad hanc *Nyſam*, quae et *Scythopolis*, quam falſam lectionem ante Pellerinium (Mel. II. p. 202.) jam vidit Harduinus.

IVDAEA.

AELIA CAPITOLINA. Numus *Hadriani* apud Hard. (Op. Sel. p. 121.) et apud Mdb. (p. 185. ex M. Maur.) cum turbata epigraphe COLONIA. NICEPH. COND. pro *Nicephorio* Meſopotamiae, eſt ſimilis illi a Pellerinio edito cum vera inſcriptione COL. AEL. CAPIT. COND. pro *noſtra Aelia Capitolina*, cui jam alium numum ſimilem ex muſeo regio recte adjudicavit ipſe Harduinus (Oper. Sel. p. 8.)

Imperatorius *Antonini Pii*, in quo Vaillantius, et Harduinus legerunt C. A. O. A. F. pro *Oea* Africae, eſt hujus Coloniae, in cujus ſimilibus legitur CO. AE. CA. pro *Colonia Aelia Capitolina*.

Alios *ejusdem*, in quibus Harduinus et Pellerinius legunt C. A. C. *Colonia Auguſta Caeſarenſis*, eosque *Caeſareae* Samaritidos ſeu Palaeſtinae tributos, eſſe hujus Coloniae *Capitolinae* jam probavit Eckhelius, cui Coloniae convenit quoque alius numus *Antonini Pii* cum epigraphe K. A. C. et cum *Sue* ſtante, quem Pellerinius inter incertos ſepoſuit.

ASCALON. Numus Haymii inſcriptus ΠΡ ΑΣ et perperam *Praſio* Laconiae tributus, huc pertinet.

EGLON. Autonomus inſcriptus ΕΓΛΟΝ. quem Froelichius (Not. Elem. p. 82.) ex Arigonio recitat, eſt iniquae lectionis pro hac ſtatione.

GAZA. Imperatorius *Titi* inſcriptus ΖΕΥΣ ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ. perperam *Gazae* tributus ab Harduino, ad *Cretam* Inſulam pertinet.

HERODES Antipas Tetrarcha. Numus, quem huic Herodi dedit auctor Muſ. Pembrock. (P. II. Tb. 86) cum ΗΡΩΔΗC. ☧. eſt *Corcyrae* Inſulae. Monogramma ſtat pro ΚΟΡ. et ΗΡΩΔΗC. eſt magiſtratus nomen.

ARABIA.

ADRAA. Numi *M. Aurelii* inſcripti ΑΔΡΑΜΝΩΝ. pro *Adramna* Coeleſyriae, vel ΑΔΡΙΑΝΩΝ. ΤΥΧΗ. pro *Hadrianis* ad Olympum, quos ſic male legerunt in uno eodemque numo Harduinus, et Vaillantius, loco ΑΔΡΑΗΝΩΝ. pertinent ad hanc *Adraam*.

Numus *Lucillae* apud eumdem Vaillantium cum ΑΔΡΑΜΝΩΝ. ΤΥΧΗ. eſt pariter hujus *Adraae*, legendumque ut ſupra ΑΔΡΑΗΝΩΝ. Eumdem numum antea vulgavit Patinus (Impp. p. 209. m.) et perperam *Adrannenſibus* Siciliae adjudicavit.

Alius Commodi apud Harduinum cum ΑΔΡΑΝΝΩΝ. ΚΟΜ.... ΗC. CΚΘ. eſt iniquae

quae lectionis pro hac sede, et uti diximus, est numus *Aegarum* Ciliciae, quas vide.

AELA. Pellerinius (Rec. III. Tb. 123. fg. 1.) autonomum aeneum, in quo legit ΑΕΛΑΝΩΝ. huc referri posse censet; sed is numus est dubiae lectionis, in cujus *Exergo* legi potest ΙΑΙΕΩΝ. In numo Imperatorio *Augusti* Vaillantius habet ΚΑΛΑΕΝΤΙΟΣ. ΙΑΙΕΩΝ. cujus typus est *Aquila, inter cujus alam caduceus.* In hoc numo Pelleriniano est similis typus, cum nomine magistratus vitiato, perperam lecto ΑΕΛΑΝΩΝ.

BOSTRA. Imperatorius *Augusti* apud auctorem M. Theup. inscriptus ΒΟΣΤΡΩΝ. est dubiae lectionis: Legendumque forte ΣΗΣΤΙΩΝ. pro *Sesto* Thraciae, cui favet typus *Lyrae.*

MOCA. In numis *Antonini*, et *Severi* inscriptis MOKA &c. non audiendus Harduinus, et eius adsecla Iobertus, qui distracto bifariam vocabulo MOKA legunt: ΜΟνων ΚΑπιτολιεων, atque hos numos *Aeliae Capitolinae* tribuunt, quorum sententiam abunde refutavit Bimardus ad Iobert. (T. II. p. 252.)

PHILIPPOPOLIS. Numos cum Coloniae nomine, et capitibus *Philippi*, et *Marini*, Philippopoli Thraciae, post Harduinum restituit Eckhelius.

RABATHMOMA. In numo *Severi* Vaillantius legit ΕΝ. ΠΑΘΜΩΔΑ. loco ΡΑΒΑΘΜΩ. ΔΑ. et perperam *Pathmo* Insulae maris Icarii tribuit.

In numo *Getae* auctor M. Theupoli vidit ΡΑΒΑΘΜΟΒΑ. loco ΡΑΒΑΘΜΩ. ΒΑ. vel ΔΑ.

In alio *Severi* Harduinus, et Vaillantius legerunt. ΡΑΒΒΑΘΜΩΜΗΝΩΝ. ΒΜΡ. sed Wisio urbis inscriptio, et epochae annus suspectus.

In numo *Caracallae* Vaillantius vidit ΡΑΒΒΑΜΩΜΑ. Harduinus in simili legit ΡΑΒΒΑΘΑΜΗΝΩΝ. ΡΕ. quae falsa lectio haud dubie corrigenda ad exemplum praecedentium.

Tandem in numo Gordiani Vaillantius legit ΡΑΒΒΑΤΑΜΗΝΩΝ. pro *Rabbatammana* Arabiae montanae.

MESOPOTAMIA.

ADDAEA. Huic urbi satis obscurae Haymius numum maximae formae tribuit, in quo hinc capita *Gallieni*, et, ut ait, *Valeriani junioris*, illinc ΑΔΔΕΟΝ, *Dioscuri stantes, intra quos* ΙΒ, quae literae potius suadent, numum alicui Pamphyliae, vel Ciliciae urbi tribuendum et verisimiliter legendum CΙΛΛΤΕΩΝ. vel ΜΑΓΓΔΕΩΝ. De hoc numo Haymiano Belleyus probabiliter loquitur, dicens exstare numum cum capite Valeriani inscriptum ΑΔΔΑΕΩΝ. pro *Adada* Pisidiae.

AMIDA. De numis huic tributis vide in proximis Carrhis.

CARRHAE. Autonomum Arigonii inscriptum ΚΑΡΡΗΝΩΝ. ΕΤ. C. et sic male lectum loco CΤΕΚΤΟΡΗΝΩΝ. esse *Stectorii* Phrygiae, jam in hujus numis diximus.

Quos Haymius (Th. Br. II. Tb. 15. fg. 6 et 7.) putabat, nomine ΚΑΡΡΑΣ. huc adegit, esse *Carthaeae*, quae fuit Ceae Insulae oppidum, in hac dictum. Alius similis est in M. Pembr. II. Tb. 13. fg. 12. cum eodem errore exhibitus.

Numus *Plotinae* apud auctorem mus. Theupoli, inscriptus ΚΑΡΗΝΩΝ. typo *Cervi*, est dubiae lectionis. Similes numi habent ΤΑΒΗΝΩΝ. pro *Taba* Cariae — *Severi* apud Pellerinium cum ΑΤΡΗΑΙΟ. ΚΑΡΗΝω. typo *Muscae alis explicatis* est pariter suspectus.

In Imperatorio Alexandri Sev.
Coloniae nomine signato, in quo Vaillantius

tius legit ΕΜΙ. ΚΟ. ΜΗ. ΜΕϹϹΟΠ. Α. pro *Emiſa* Colonia, Harduinus vidit ΑΜΙ. pro *Amida*, et Spanhemius legendum eſſe ΕΔΕ. pro *Edeſſa* ſuſpicabatur. Sed omnes erronee; nam in aliis certis legitur ΚΑΡ. Κ. ΜΗ. ΜΕϹϹΟΠ. et ad noſtras *Carrhas* pertinet.

Decii, quem ex mus. Mediceo deſcripſit Holſtenius ad Steph. p. 168. cum

AV. ΚΑΡ. KOMM. P. F.	pro his Carrhis, eſt Aeliae Capitolinae, cum	AEL. CAP. COMM. P. F.

HILEIA. Numus aeneus apud Pellerinium: *Caput Palladis*)(ΙΛΗΑ. *Ceres in biga Draconum*, eſt *Athenarum*, ut ipſe auctor profitetur in indice Suppl. IV. p. 131. et cujus inſcriptio eſt ΑΘΗ. et non ΙΛΗΑ. Similes rite deſcriptos vide apud Khellium (Adp. I. Tb. I. fg. 1.) et apud Combium (M. Hunt. Tb. XI. fg. 16.)

MEGIA. Imperatorius *Trajani*, in quo Pellerinius (Mel. I. p. 20.) legit ΜΕΓΙΑΙΤωΝ. loco ΛΑΕΡΤΕΙΤωΝ. eſt *Laertes* Ciliciae, ut docuit Seſtinius. (Lett. T. II. p. 194.)

NICEPHORIVM. Numus *Hadriani* citatus ab Harduino cum: COLONIA. NICEPH. CON. a Bandurio I. p. 205. cui COLONIA. NICEPH. CONS. et a Mdb. penes quem COLONIA. NIC. PH. CON. loco COL. AEL. CAP. COND. eſt Coloniae Aeliae Capitolinae — *Gordiani* apud Vaillantium inſcriptus ΝΙΚΗΦΟΡΙΩΝ. Pellerinio ſuſpectus: ſi ita eſt, remanet Imperatorius Gallieni editus a Vaillantio, et Bandurio, et quem Eckhelius reticet, relatu forſan Harduini, qui ait eſſe eumdem Gordiani numum.

NISIBI. Numus Alexandri Severi, quem protulit Holſtenius ibid. p. 226. ex mus. Equitis de Puteo, in quo circum *Caput* turritum cum duabus ſtellis, et in)(. . . . . ΚΟΛ. ΝΕϹΙΒΗΝΩΝ. pertinet ad *Edeſſam* Coloniam, cujus vera epigraphe eſt ΜΗΤ. ΚΟΛ. ΕΔΕϹϹΗΝΩΝ.

ASSYRIA.

DEMETRIAS. Autonomi (M. Hunt. Tb. 25. fg. 5. et 6.) inſcripti ΔΗΜΗΤΡΙΕΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. et a Combio huic *Demetriadi* adjudicati, ſunt potius *Demetriadis* Phoenices, D'Anvillio memoratae.

DOSA. Autonomus (M. Hunt. Tb. 25. fg. 11. p. 129.) cum ΔΩϹΕΩΝ, ut Combius putabat, loco ΡΩϹΕΩΝ, eſt *Rhoſi* Syriae.

SCYTHIAM inter et HYRCANIAM.

RAEA. Æ. 3. *Nicolai, ſic legitur in Conſpectu Geogr. Num. apud Wackerum.* Equidem ſunt in conſpectu ſomnia et deliria tanti Auctoris.

AEGYPTVS.

De Aegypto numiſmatica, et de numis huc male vocatis a variis antiquariis vide inſigne opus Cl. Zoëgae, cui titulus, *Numi Aegyptii imperatorii &c.* nec non opus Eckhelianum, de Doctrin. Num. Vet. Vol. IV. cum adjecta criſi.

MARMARICA.

